	Úikalapg	Úikalupg
	Úikalapkínig	Úikalupkínig
	Uikalaáin	Uikaluáin
	Uikalaúazet	Uikaluúazet
	Úikalanín	Úikalunín
	Uikalaínag.	Uikaluínag.

Quantitativa composita.

Valde paucus, pauci.	*Pariter paucus, pauci.*	*Per vices paucus, pauci.*
Milasníg	Milaztíte	Pammílaz
Milasnimníg	Milasnimtíte	Pammílasnim
Milasnanníg.	Milasnatíte.	Pammílasna.

Valde multus, multi.	*Pariter multus, multi.*	*Per vices multus, multi.*
Illegninníg	Illégnitíte	Peillégni
Illegninmníg	Illégnínmtíte	Peillegnínm
Illegninenníg.	Illégnínetíte.	Peillegníne.

Tantus, tanti (issimus).	*Pariter tantus, tanti.*	*Per vices tantus, tanti.*
Kalanníg	Kalatíte	Packalá
Kalanimníg	Kalanimtíte	Packalaním
Kalananníg.	Kalanatíte.	Packalaná.

Pammáz	Quot	singillatim
Pattatós	Aliqui	
Packalatíte	Tot pariter	
Packalanníg	Tot admodum	
Packalazím	Nonnisi tot	
Packalazimkái	Adhuc tot	

Ex his patet multiplici adhuc ratione posse pronomina, sicut aliæ voces, componi et modificari.

Nota: Adverbialiter dicitur *Kalá* (satis), et emphatice *Kalú* Ubi numeri distinctio non est signata, ideo factum est, quia vox. est suapte natura significationis pluralis.

Ubi reperitur signatum "de personis" in iis vocibus duas formas habentibus, sic est intelligendum: Forma ita signata usurpatur substantive, quin habeat adjectum nomen; altera forma adhibetur adjectivi instar pro rebus et personis.

Nonnullæ voces ex præcedentibus componuntur cum aliquibus particulis, quarum est specificare personas quibus referantur voces. Sic auditur persæpe:

Isíneg, Itúneg, Itúnemeg, Mázikig, Mázikinm; quæ voces hoc modo accipiendæ sunt:

Isíneg, Quis ego; *ego* enim exprimitur per additum *g*. Itúneg, Quid ego.

Itúnemeg, Quid ego tibi; *ego* enim innuitur per *g*, et *tibi* per *m*.

Mázikig, Per quot ego; vel Per quot nos, exclusis personis, ad quas sermo dirigitur.

Mázikinm, Per quot nos, comprehensis personis, ad quas habetur sermo.

Has declarationes penitus intelliges ex sequenti tractatu de pronomine relativo.

Pronomina relativa.

De relativis acturi opus est prænotare, totam eorum vim in quibusdam voculis, relationem ad verbi subjectum, vel ad subjectum simul et objectum exprimentibus, positam esse. Quæ voculæ non raro, quin aliquid aliud addatur, saltem explicite, toto relativi pronominis funguntur munere; verum sæpenumero assumitur unum alterumve pronomen, ex demonstrativis plerumque, quo varia ratione cum voculis dictis coagmentato, efficitur aliquid veram relativi latinorum pronominis vim præseferens.

Voculæ relativæ.

Duplex harum vocularum distinguitur classis, simplex una, quæ comprehendit voculas relationem ad verbi subjectum dicentes; composita altera, quæ eas complectitur, per quas relatio inter objectum verbi et subjectum simul exprimitur.

Voculae relativae simplices.

Keg	relationem dicunt ad	In	*Ego.*
Kem		Im	*Tu.*
Ke		Ipí	*Ille.*
Kenm, Keg		Nun	*Nos.*
Képem		Etg	*Vos.*
Ke		Imé	*Illi.*

NOTA: Pro prima persona numeri pluralis datur duplex vocula, quarum prima *Kenm* adhibenda, si subjectum *Nun* comprehendit etiam audientes; sin autem subjectum *Nun* limitatur ad loquentem, vel ad loquentem nomine plurimorum, usurpanda erit secunda vocula *Keg.*

NOTA: Exhibitæ voculæ eatenus vocari possunt simplices, quatenus referuntur ad simplex subjectum cum objecto non collatum. Ceteroquin ipsæ voculæ sunt compositæ ex radice *Ke* et desinentia; hæc postrema est, quæ distinctionem personæ reapse exprimit.

Voculae relativae compositae.

NUMERUS SINGULARIS.

Kémeg	In imené	Ego te.
Keg	„ kuniá	„ illum.
Képemeg	„ etg	„ vos.
Keg	„ kunmaná	„ illos.
Kem	Im íne	Tu me.
Kem	„ kuniá	„ illum.
Kem	„ núne	„ nos.
Kem	„ kunmaná	„ illos.
Keg	Iprém íne	Ipse me.
Kem	„ imené	„ te.
Ke	„ kuniá	„ illum.
Keg, Kenm	„ núne	„ nos.
Képem	„ etg	„ vos.
Ke.	„ kunmaná.	„ illos.

NUMERUS PLURALIS.

Kémeg	Nun imené	Nos te.
Keg, Kenm	„ kuniá	„ illum.
Képemeg	„ etg	„ vos.
Keg, Kenm	„ kunmaná	„ illos.
Képem	Etg íne	Vos me.
Képem	„ kuniá	„ illum.
Képem	„ núne	„ nos.
Képem	„ kunmaná	„ illos.
Keg	Imém íne	Ipsi me.
Kem	„ imené	„ te.
Ke	„ kuniá	„ illum.
Keg, Kenm	„ núne	„ nos.
Képem	„ etg	„ vos.
Ke.	„ kunmaná.	„ illos.

Referuntur ad pronomina in oppositis lineis.

Nota: Hic rursus animadvertendum, quia maximi momenti ad rectam intelligentiam sermonis; in lineis ubi notatur bina vocula sic reputabis: Vocula *Keg* usurpanda, si dictio non comprehendit in extensione significationis personam vel personas ad quas dirigitur sermo; si vero comprehendit, adhibenda erit vocula *Kenm*.

Nota: Voculæ in duplici prospectu exhibitæ, si connectantur cum aliquo pronomine, juxta dicta sub initio hujus tractatus, constituent relativa pronomina.

Pronomina relativis voculis unienda.

Pronomina, quæ in relativis formandis adhibentur sive implicite sive explicite, hæc ex experientia esse comperiuntur:

1º *Ipí*, *Ipním*, *Ipné* in hisce formis.
2º *Yog*, in hac tantum forma.
3º *Kuním*, *Kuniá* in omnibus ejus formis, quæ possunt habere relativam quamdam significationem; addatur etiam hoc idem pronomen in hac alia forma *Kuné*, quæ vox, etsi habeat ex usu adverbialem significatum, (nam sibi vult latinum *Illic*, *Ibi*,) tamen in connexione cum voculis relativis sæpe exprimit verum relativum pronomen.
4º *Minm*, *mínia* in his formis et quibusdam aliis.
5º *Kalá*, *kalú* in iis tantum formis, quæ aliquam relativam significationem queunt exhibere.

Relativorum pronominum prospectus.

Quibus praemissis ad naturam et formationem relativi pronominis cognoscendam, videamus nunc qua ratione ex datis elementis nascantur de facto formæ relativi latinorum pronominis vim referentes. Sint exemplo:

Exemplar 1m		*Versio.*
Keg	ué titolatípaz.	Qui sum obliviosus.
Kem	ués timneín.	„ es cordatus.

Ke ipí	ziegnípez íues.	Qui est garrulus.
Kenm	tinukínes usíg.	„ sumus morituri.
Keg	uepsiméyuisig uenpítg.	„ nescimus cantare.
Képem	tukúg timípnisig.	„ bene cogitatis.
Ke imé	iláizig.	„ pigritant.

NOTA: Duplicem personam 1.am pluralis numeri intelligito juxta superius dicta.

Exemplar 2.m		*Versio.*
Keg kunkí	zíegne.	De quo sum locutus.
Kem kunkí	timmíuze.	„ „ deliberas.
Ke kunkí	itimnénekse.	„ „ affligitur.
Kenm kunkí	pitenuesíg.	„ „ colloquimur.
Képem kunkí	geízemzig.	„ „ irascimini.
Ke kunkí	illóizig.	„ „ gaudent.

Exemplar 3.m

Keg mínki	zíegne.	De quali sum locutus.
Kem mínki	timmíuze.	„ „ deliberas.
Ke mínki	itimnénekse.	„ „ affligitur.
Kenm mínki	pitenuesíg.	„ „ colloquimur.
Képem mínki	geízemzig.	„ „ irascimini.
Ke mínki	illóizig.	„ „ gaudent.

Exemplar 4.m

Kag kalakí	lilóine.	De quanto gavisus sum.
Kam kalakí	geízemze.	„ „ irasceris.
Ka kalakí	izíekze.	„ „ loquitur.
Kanm kalakí	petimmíunu.	„ „ cogitabimus.
Kápam kalakí	pitenuéyu.	„ „ colloquemini.
Ka kalakí	ipetimnéneku.	„ „ affligentur.

Exemplar 5.m			*Versio.*
Yog keg	ués	timíne.	Quod mihi est cor.
Yog kem	ués	„	„ tibi „ „
Yog ke	us	„	„ ei „ „
Yog kenm	usíg	„	„ nobis „ „
Yog képem	usíg	„	„ vobis „ „
Yog ke	eusíg	„	„ iis „ „

Sive inverso modo: *Keg yog*, etc:

Exempla hactenus allata exhibent tantum pronomina ex relativis voculis *simplicibus* conflata; videndum nunc qua ratione agendum, cum pronomina cudenda erunt ex relativis voculis *compositis*.
Hic posterior modus pronominum conflandorum habet locum in verbi transitivi constructione, ubi per relativas voculas exprimi debet, juxta hujus linguæ naturam, connexio subjecti cum objecto. Sint itaque exempla:

Exempla 1 m		*Versio.*	
Kémeg kunkí	tenuése.	De quibus te ego alloquor.	
Keg kunkí	etenuése.	„ „ illum „ „	
Képemeg kunkí	tenuése.	„ „ vos „ „	
Keg kunkí	enéstenuése.	„ „ illos „ „	
Kem kunkí	tenuesém.	De quibus me tu alloqueris.	
Kem kunkí	etenuése.	„ „ illum „ „	
Kem kunkí	nestenuesém.	„ „ nos „ „	
Kem kunkí	enéstenuése.	„ „ illos „ „	
Keg kunkí	itenuése.	De quib: me ipse alloquitur.	
Kem kunkí	itenuése.	„ „ te „ „	
Ke kunkí	petenuése.	„ „ illum „ „	
Keg kunkí	inéstenuése.	„ „ nos „ „	} *1. Nota*
Kenm kunkí	itenuése.	„ „ nos „ „	}
Képem kunkí	itenuése.	„ „ vos „ „	
Ke kunkí	inéstenuése.	„ „ illos „ „	

1. Nota. Conspicis bis signatum *nos*, cui respondet *Keg Kunki*, et *Kenm Kunki*, quod, juxta superiores notulas, intellectum velim.

Exemplar 1.m		*Versio.*
Kémeg kunkí	tenuesíg.	De quibus te nos alloquimur.
Keg kunkí	etenuesíg.	„ „ illum „ „
Kenm kunkí	etenuesíg.	„ „ illum „ „
Képemeg kunkí	tenuesíg.	„ „ vos „ „
Keg kunkí	etenuesíg.	„ „ illos „ „
Kenm kunkí	etenuesíg.	„ „ illos „ „
Képem kunkí	tenuesínm.	De quib: me vos alloquimini.
Képem kunkí	etenuesíg.	„ „ illum „ „
Képem kunki	nestenuesínm.	„ „ nos „ „
Képem kunkí	etenuesíg.	„ „ illos „ „
Keg kunkí	itenuesíg.	De quib: me ipsi alloquuntur.
Kem kunkí	itenuesíg.	„ „ te „ „
Ke kunkí	petenuesíg.	„ „ illum „ „
Keg kunkí	inéstenuesíg.	„ „ nos „ „
Kenm kunkí	inéstenuesíg.	„ „ nos „ „
Képem kunkí	itenuesíg.	„ „ vos „ „
Ke kunkí	petenuesíg.	„ „ illos „ „

Exemplar 2.m

Yog kémeg	iníse tamáluit.	Quam tibi ego do legem.
Yog keg	euníse „	„ illi „ „ „
Yog képemeg	iníse „	„ vobis „ „ „
Yog keg	enéziníse„	„ illis „ „ „
Kem yog	pínisem „	Quam mihi tu das legem.
Kem yog	euníse „	„ illi „ „ „
Kem yog	neziniséｍ„	„ nobis „ „ „
Kem yog	enéziníse„	„ illis „ „ „

Exemplar 2.m	continuatur.	*Versio.*
Keg kuním	inise tamáluit.	Qui mihi dat legem.
Kem kuním	iníse ,,	,, tibi ,, ,,
Ke kuním	pénise ,,	,, illi ,, ,,
Keg kuním	inéziníse,,	,, nobis ,, ,,
Kenm kuním	iníse ,,	,, nobis ,, ,,
Képem kuním	iníse ,,	,, vobis ,, ,,
Ke kuním	inéziníse,,	,, illis ,, ,,
Kémeg kuné	inisíg tamáluit.	Quam tibi damus legem.
Keg mínie	etuíkzig.	Qualem nos sequimur.
Kenm kuniá	etuíkzig.	Quam nos sequimur.
Képemeg kuné	inisíg tamáluit.	Quam vobis damus legem.
Keg kunmaná	eu.isíg tamáluit.	Quibus nos damus legem.
Kenm kunmaná	etuíkzig.	Quos nos sequimur.
Képem kuné	inisínm tamáluit.	Quam mihi datis legem.
Képem kuniá	etuíkzig.	Quam vos sequimini.
Képem kuné	nézinisínm tamáluit.	Quam nobis datis legem.
Képem kunmaná	etuíkzig.	Quos vos sequimini.
Keg kunmám	ituíkzig.	Qui me sequuntur.
Kem kunmám	ituíkzig.	Qui te sequuntur.
Ke kunmám	petuíkzig tamáluina.	Qui sequuntur legem.
Keg kunmám	inéstuíkzig.	Qui nos sequuntur.
Kenm jóg	inézinisíg tamáluit.	Quam nobis dant legem.
Képem kuné	inisíg tamáluit.	Quam vobis dant legem.
Ke kuné *(a)*	pénisig mitáuna tamáluit.	Quam tribus dant legem.

Nota: (a) Hæc postrema forma est vitanda propter defectum

perspicuitatis; ideo loquendo alia assumenda dictionis forma. Ceteroquin in praxi, cum nomina personæ apparere debeant, non erit difficile uti hac ipsa postrema forma sine defectu perspicuitatis.

APPENDIX.

Modus exprimendi gradus qualitatis.

Quamvis specialem de adjectivis non demus tractatum, quia leges pro nominibus jam statutas sequuntur; tamen, propter specialem difficultatem exprimendi diversos qualitatis gradus, non erit abs re, si pauca suggeramus, quibus ratio exprimendi ejusmodi gradus pateat.

Gradus positivus, sicut in cæteris linguis, indicatur per simplicem qualitatis affirmationem; v. g.
Ki íues taz, kapsís, imékes, kúzkuz. Hoc est bonum, malum, magnum, parvum.

Gradus comparativus potest multimodis exprimi, et ex defectu certæ alicujus formæ, juxta nostrum loquendi modum, specialem præ se fert difficultatem.

Itaque gradus comparativus, quo indicatur æqualitas, potest exprimi per voces sequentes: *Kekúus; Kekúus.........kuustíte; Kúuszim;* v. g.

He ués uepzúg kekúus ipí. Tu es sagax sicut ille. *Ki háma ìues kóis kemkúus im.* Hic vir est opulentus sicut tu.
Kekúus pist hi kapskáps, kuustíte hi miáz. Sicut pater est fortis pariter est filius.
Kekúus ki háyat, kuustíte he ués taz. Sicut hæc mulier ita tu es bona.
Píke uág mamáyaz iusíg kúuszim auális. Mater et filii sunt æque iracundi.
Ipním us lapít mamáyaz kúuszim amkakáiz. Ipse habet duos filios æque mansuetos.

Gradus autem comparativus, quo significatur inæqualitas, potest multiplici ratione indicari, ut ex sequentibus patet.

1. Exprimitur, si, positis juxta se rerum qualitatibus, asseratur simpliciter unius qualitas, vel etiam quod attribuitur uni, denegetur alteri; v. g.
Ki titókan hi taz, kauá ki nakz uétu. Hic homo est bonus, et hic alius non.
Ki háma hi akmakáiz, kauá ki nakz uétu kuustíte. Hic vir est mitis, et hic alius non ita.
Ki síkem kapskáps. Hic fortis equus. (Facta scilicet implicita cum aliis non æque fortibus collatione.)

2. Per voculas *Kátu*, *Kumkuníg*, v. g.
Ki atúkaz, métu ki nakz kátu atúkaz. Hoc difficile, sed hoc aliud ulterius difficile.
Ki ziékin éleuz, métu ki nakz kumkuníg éleuz. Hoc verbum facile, sed hoc aliud ulterius facile.

3. In nonnullis rerum adjunctis exprimi potest adjiciendo adjectiva pronominibus cum inflexione *m*, *nm*, *nim*, (vide tractatum de pronomine;) v. g
Ki háma ìues ìnim tékes Hic homo est mei magnus (me senior.)
Ki há[illegible]at ìues kuním laimíut. Hæc mulier est illius parva (illa junior.)

4. Interdum per voces *anókt*, *éleg;* v. g.

He ués anókt uepzikuyuítki, kauá in éleg. Tu es sapientia ante, ego autem post.

5. Denique exprimitur per sequentia verba: *Inóktisa*, Teneo primas; *Katósksa*, Supero; *Ueyenéze*, Præcedo; v. g.

In he ueyenéze kapsisuítki. Ego tibi præcedo malitia.

Gradus tandem superlativus enunciatur per voculas *níg*, *tánin*, *tamáunin* additas vocibus qualitatem simpliciter indicantibus; v. g.

Ki íues tasníg, Kapsisníg, imekesníg.
Ki íues tastánin, Kapsistánin, imekestánin.
Ki íues tāstamáunin, Kapsístamáunin, imekestamáunin.

Quorum omnium est significatio:

Hoc est valde bonum, malum, magnum, *vel* optimum, pessimum, maximum.

Datur insuper alius modus exprimendi positivum et superlativum qualitatis gradum, qui etsi ad rem præsentem parum faciat; tamen, quia frequentis est usus, non videtur omitti debere. Itaque dicitur, v. g.

Úikalapg amkakáiz.	Erga omnes mitis.
Úikalapg amkakaisníg.	Erga omnes mitissimus.
Úikalapa kapskáps.	In omnibus fortis.
Úikalapa kapskapsníg.	In omnibus fortissimus.
Úikalapkínig tukúg.	Ex omnibus rectus.
Úikalapkínig tukugníg.	Ex omnibus rectissimus.

De secundariis orationis vocibus.

Hujus linguæ apprime characteristicum est munus, quo fungitur pars secundariarum orationis vocum non minima; dantur enim plurimæ hujuscemodi voces, ut puta adverbia et conjunctiones, quæ cum *voculis relativis* (de quibus satis diximus agentes de pronomine) ita conflantur, ut recte dixeris, voces hujusmodi reapse inflecti, et instar præcipuarum orationis par-

tium transformari. Sicut pronomen relativum hujus linguæ significat personarum relationem inter subjectum verbi et objectum; ita adverbiorum et conjunctionum est munus indicandi eamdem relationem.

Hujus numeris functioni opem ferunt eædem voculæ relativæ, quæ in conflandis pronominibus relativis usurpantur.

Verum non omnia adverbia, omnesque conjunctiones a quali conflantur modo cum *voculis relativis;* nam hæ voculæ aliquando postponuntur, aliquando vero interseruntur vocibus, quibuscum consociantur.

Sint nunc exemplorum prospectus, quibus ostendantur, quæ prænotavimus.

Prospectus I.^us^

In	Repræsentantur per voculas relativas in oppositis lineis.	G	Quæ, si compinguntur cum *Éte*, dabunt.	Éteg	Quorum est significatio.	Ego quidem
Im		M		Étem		Tu ,,
Ipí		,,		Éte		Ipse ,,
Nun		Nm, G		Étenm, Éteg		Nos ,,
Etg		Pem		Étepem		Vos ,,
Imé.		,,		Éte.		Ipsi. ,,

Nota: Binæ virgulæ, ideo loco personæ tertiæ ponuntur, ut innuatur, voces radicales nullam ibi subire alterationem.

Pro prima persona plurali duplex datur forma, quod ita est intelligendum: Étenm innuit personas, ad quas habetur oratio, comprehendi in dictionis extensione; Éteg innuit non comprehendi.

Ex præcedenti prospectu patet ratio uniendi *voculas relativas*, cum postponendæ sunt vocibus radicalibus; videamus modum procedendi cum hujusmodi voculæ interseri debent.

Prospectus 2.us

	Repræsentantur per voculas relativas in oppositis lineis.		Quæ, si interseruntur voci compositæ Kékúus, dant		
In		G		Kégkúus	Sicut ego
Im		M		Kémkúus	Sicut tu
Ipí		„		Kékúus	Sicut ipse
Nun		Nm, G		Kénmkúus, Kégkúus	Sicut nos
Etg		Pem		Képemkúus	Sicut vos
Imé.		„		Kékúus.	Sicut ipsi.

Nota: *Ke* significat *et* latinorum, quod diversimodis alteratum per *G*, *M*, etc: præpositum est voci radicali *Kúus*; proinde genuina versio, juxta Indorum cogitandi modum, est: *Sic et ego:* vel potius *Et ego sic*. Ex hac nota patet, *voculas relativas* stricte loquendo postponi semper vocibus radicalibus, quia *Keg*, *Kem*, etc. significant: *Et ego*, *Et tu*, etc; et additio vocis *Kúus* non est nisi ulterior compositio.

Præeuntes prospectus tum locum habent cum dictionis verbum est intransitivum, ac proinde secundariæ voces orationis (adverbia, nempe et conjunctiones,) eam tantummodo assumunt alterationem, quæ solitario verbi subjecto congruit. Quod si verbum sit transitivum, ac proinde habeat sibi adnexum objectum, tunc secundariæ voces ita erunt modificandæ, ut connexio, quæ intercedit objectum inter et subjectum, pateat. Hinc enascitur conflatio duarum *vocularum relativarum* in unam quæ sic composita copulanda est cum aliqua secundaria orationis voce (adverbio scilicet vel conjunctione.) Videamus igitur qua ratione in hoc non satis facili negotio procedendum sit; quod ut perspicuum evadat sequentem damus prospectum.

Prospectus 3.us

NUMERUS SINGULARIS.

In imené	Meg	Étemeg	Ego quidem te.
" kuniá	G	Éteg	" " illum.
" etg	Pemeg	Étepemeg	" " vos.
" kunmaná	G	Éteg	" " illos.
Im íne	M	Étem	Tu quidem me.
" kuniá	M	Étem	" " illum.
" núne	M	Étem	" " nos.
" kunmaná	M	Étem	" " illos.
Ipním íne	G	Éteg	Ipse quidem me.
" imené	M	Étem	" " te.
" kuniá	. . .	Éte	" " illum.
" núne	Nm, G	Étenm, Éteg	" " nos.
" etg	Pem	Étepem	" " vos.
" kunmaná.	. . . .	Éte.	" " illos.

NUMERUS PLURALIS.

Nun imené	Meg	Étemeg	Nos quidem te.
" kuniá	Nm, G	Étenm, Éteg	" " illum.
" etg	Pemeg	Étepemeg	" " vos.
" kunmaná	Nm, G	Étenm, Éteg	" " illos.
Etg íne	Pem	Étepem	Vos quidem me.
" kuniá	Pem	Étepem	" " illum.
" núne	Pem	Étepem	" " nos.
" kunmaná	Pem	Étepem	" " illos.
Imém íne	G	Éteg	Ipsi quidem me.
" imené	M	Étem	" " te.
" kuniá	. . .	Éte	" " illum.
" núne	Nm, G	Étenm, Éteg	" " nos.
" etg	Pem	Étepem	" " vos.
" kunmaná.	. . . .	Éte.	" " illos.

(First column, braced: Quorum est significatio in oppositis lineis.)

(Second column, braced: Quæ, si compinguntur cum *Éte*, dabunt in oppositis lineis.)

(Third column, braced: Quorum est significatio in oppositis lineis.)

Vocum præeuntibus legibus alterandarum

Elenchus.

NUMERUS SINGULARIS.

Ego quidem.	Tu quidem.	Ipse quidem.	
Éteg	Étem	Éte	Quidem
Ítkug	Ítkum	Ítku	Vel
Keg	Kem	Ke	Et
Kegkúus	Kemkúus	Kekúus	Et ita; Sicut
Kagkauá	Kamkauá	Kakauá	Cum, quando
Kéineg	Kéinem	Kéine	Ne, Ut non
Kug	Kum	Ku	Utrum, Si
Uéteg.	Uétem.	Ué.	An?

NUMERUS PLURALIS.

Nos quidem.	Vos quidem.	Ipsi quidem.	
Étenm, Éteg	Étepem	Éte	Quidem
Ítkunm, Ítkug	Ítkupem	Ítku	Vel
Kenm, keg	Képem	Ke	Et
Kenmkúus, } *a*	Kepemkúus	Kekúus	Et ita; Sicut
Kanmkauá, } *a*	Kapamkauá	Kakauá	Cum, quando
Kéinenm, } *a*	Kéinepem	Kéine	Ne, Ut non
Kúnenm, Kug	Kúpem	Ku	Utrum, Si
Uétenm Uéteg.	Uétepem.	Uet.	An?

Nota: Omnes præeuntes voces et sequentes exhibent alterationes in verbi intransitivi constructione usitatas; attamen ope prospectus tertii cudi possunt omnes in verbi transitivi constructione occurrentes modificationes.

Voces præeuntes occurrunt sæpissime omnimodis modificatæ; sequentes autem voces, etsi nihil obstet, quominus modificentur instar præcedentium, tamen solent occurrere, uti jacent.

Nota a, Loco Kenm... dicitur Keg... juxta regulas statutas.

NUMERUS SINGULARIS.

Quando ego?	Quando tu?	Quando ipse?	
Máuag	Máuam	Máua	Qnando?
Manág	„	Maná	Quomodo.
Méneg	„	Me	Ubi?
Minmayíg	„	Minmayí	Qualiter.
Míseg	„	Mis.	Num?

NUMERUS PLURALIS.

Quando nos?	Quando vos?	Quando ipsi?	
Máuanm, Máuag	Máuapem	Máua	Quando?
Manánm, Manág	„	Maná	Quomodo.
Ménenm, Méneg	„	Me	Ubi?
Minmayínm, . . . yíg	„	Minmayí	Qualiter.
Mísenm, Míseg		Mis.	Num?

Nota: Loco Minmayíg auditur etiam Minmayínag.

Mis et Uét adjungunt sibi *e*, antequam conflentur cum voculis relativis G, M, etc.

Forma pro persona tertia est radix, quæ subit alterationes.

Adnotationes in voces præcedentes, etc.

Kúku pro *Kug*, et *Kúnu* pro *Kúnenm* occurrunt persæpe absoluto modo, et eo prope sensu, quo latine dicitur: "Quid scio ego" vel "Nescio." Hæ voces sunt emphaticæ alterationes, quibus Indiani frequenter utuntur, quasque formant per additionem litteræ *u* in fine vocis, vel mutando in litteram *u* eam, quæ claudit vocem. Hinc persæpe auditur:

Mizísu	pro	Mizíse	Audio, intelligo.
Ipú	„	Ipí	Ipse.
Imenú	„	Imené	Te.
Kunú	„	Kuné	Ibi, illic.
Kunepkú	„	Kunepgí	Illuc.
Kusíku	„	Kusíka.	perrexi, feci.

Kegmáua pro *Máuag*, et *Kenmáua* pro *Máuanm* usurpatur. Attamen *Máuag* et *Máuanm* dicitur interrogative tantum; *Kegmáua* et *Kenmáua* adhibetur etiam absque interrogatione.

Me est contractio ex *Míne;* et ex hac contracta forma cuduntur alterationes ad exprimendas personarum relationes, addito *ne* euphoniæ causa. Hinc nascitur *Méneg*, etc.

Maná signatum est in elencho; ast auditur percrebro *Manáma*. Hujus differentiæ ratio nondum potuit satis determinari. In aliquibus tamen rerum adjunctis certum est promiscue usurpari.

Mis adhibetur instar interrogativæ particulæ quin aliud adjiciatur, cum nempe quis non percipiens aliorum dicta interrogat: *Mis?* (Quid? Quomodo?)

Dicitur insuper in contextu sermonis, cum quis interrogat de aliqua re, quæ supponitur neganda; v. g. Mis ka ipnópziáunu? (Num se interficiet?)

Usurpatur insuper in sermone negante, scilicet eo sensu quo Latini dicunt "quidem;" v. g. Uétu mis he ués etílpin. (Non quidem es amens.)

Éte significat "quidem," et adhibetur in propositionibus fere emphaticis; v. g. Éteg kúus nekíse. (Ego quidem ita existimo.)

Uét significat "an" et usurpatur inquirendo de aliqua re, quin supponatur negans vel affirmans responsum; v. g. Uét izíegne? (An locutus est?)

Ínag, *Núnag*, *Nezmís*. Harum trium vocum est significatio "Utinam," et, ut patet, modum verbi optativum post se postulant. Attamen non est indiscriminatus harum vocum usus; hinc personæ primæ singulari adjungitur *Ínag;* personæ primæ plurali *Núnag;* omnibusque numeri utriusque personis adjici poterit *Nezmís* indiscriminate. Sit exemplum:

Prospectus I.us

In	*(postulat)* Ínag *vel*	Nezmís ékin	Utinam videam.
Im	„	Nezmís kótag	„ ires.
Ipí.	„	Nezmís itanuayóka.	„ locutus esset.

Nun	„ Núnag vel Nezmís pečkin	„	videamus
Etg	„ Nezmís pakótag	„	iretis
Imé.	„ Nezmís ipatanuayóka.	„	locuti essent.

Ratio agendi in hoc prospectu exhibita tamdiu valet, quamdiu verbi subjectum est absolutum; modus autem procedendi, cum verbi subjectum sit cum objecto connexum, adeoque plures personæ componendæ sint, sequens ostendet prospectus.

Prospectus 2.us

	Sing:	*Plur:*	
In imené	Ínag	Nun imené	Núnag
„ kuniá	Ínag	„ kuniá	Núnag
„ etg	Ínag	„ etg	Núnag
„ kunmaná	Ínag	„ kunmaná	Núnag
Im íne	Ínag	Etg íne	Ínag
„ kuniá	Nezmís	„ kuniá	Nezmís
„ núne	Núnag	„ núne	Núnag
„ kunmaná	Nezmís	„ kunmaná	Nezmís
Ipním íne	Ínag	Imém íne	Ínag
„ imené	Nezmís	„ imené	Nezmís
„ kuniá	Nezmís	„ kuniá	Nezmís
„ núne	Núnag	„ núne	Núnag
„ etg	Nezmís	„ etg	Nezmís
„ kunmaná	Nezmís	„ kunmaná	Nezmís.

Nota: In relatione diversarum etiam personarum poterit semper *Nezmís* usurpari.

Inék, *Inekíg*. Harum significatio est "Quamvis." Primam personam postulat vox *Inekíg*, reliquis autem personis consociatur *Inék*. Non apparet ratio, cur hæc vox non possit modificari juxta omnes diversarum personarum relationes, sicut de aliis hujuscemodi vocibus contingit; de facto tamen nulla alia unquam modificatio occurrit.

Huic voci *Inék* respondet *Zauín* (Tamen.)

Zalauí est latinorum "Si," et postulat futurum verbi tempus post se. Hinc dicitur: Zalauí tukúg ikiú... (Si recte aget...)
Etké habet aliqualem significationem vocis,, "Quia." Hæc vox auditur sæpe hoc modo: "Mis etké?" sine ulteriori explicita additione. Hujus phrasis significatio est: "Quid mea refert? Num propterea...? subintelligendo (non faciam, vel faciam) et ostendendo animi dispositionem agendi contra alterius insinuationes vel injunctiones.
Uétmet est latinum "Ne," adhibeturque ad exprimendum modum inhibitionis imperativum, et post se postulat tempus verbi futurum. Hinc dicitur: Uétmet zíegnu. (Noli loqui.) Uétmet ikiú (Ne eat.)
Nonnuli Indorum ex peculiari quadam regione dicunt Métmet loco Uétmet. Litterarum permutatio in aliis etiam vocibus occurrit, in verbis potissimum, in quibus littera *n* mutatur in *l*. Hinc auditur: Zepelílikse pro Zepelígnikse (laboro.)
Kíeg est vox qua phrasis inchoatur, et dicitur a loquente et quidem in prima persona tantummodo. Hinc persæpe auditur: Kíeg timnénekse, (Sum afflictus, turbatus,) etc.

Hæc vox est absque dubio composita ex Ki (hic) et ex G relationem exprimente ad personam primam.

Ímet, Kímet etc: habent aliqualem significationem vocis latinæ "Ecce."
Tauánu, Tauápu sunt voces inanes, quas Indi adhibent, cum non præsto est vox proferenda.

Indiculus

adverbiorum adverbialiumque etc.

Quantitativa.

Malahám	Quoties?	Kalahám	Toties.
Malaháptit	Quot decades?	Kalaháptit	Tot decades.
Malósos	Quot centena?	Kalósos	Tot centena.
Illegninhém	Multoties.	Uikalahám	*Omnies.*
Illegnihépti	Multæ decades.	Uikalaháptit	Omnes decades.
Illegnósos	Multa centena.	Uikalósos	Omnia centena.

Milazehém	Paucies.
Milazehéptit	Paucae decades.
Milazósos	Pauca centena.

Quae, de voculis relativis notavimus, hic habenda sunt prae oculis, cum necessarius earum sit usus, si sententiae occurrent modulatae instar antecedentis et consequentis; nam antecedens sententia ita componi debet cum voculis relativis, ut personarum relatio exprimatur. Hinc oriuntur alterationes sequentes:

Kagkalahám	Et ego toties	*rel melius*	Quoties ego.
Kamkalahám	Et tu ,,		Quoties tu.
Kakalahám,	Et ipse, ,,		Quoties ipse.

Sit exemplum: Kagkalahám zíektetu, kalahám komáitatu. Quoties loquor, toties aegroto.— Kamkalahám komáiza, kalahám in timnénekse. Quoties aegrotas, toties tristor, etc.

Masl?	Quam altus, magnus?	Kasl	Tam altus, magnus.
Mahál?	Quam longus?	Kahál	Tam longus.

Sint exempla, ut usus harum vocum percipiatur.

Masl íues?	Cujus est altitudinis *rel* magnitudinis?	Imékes, Kúzkuz.	Magnus, Parvus.
Mahál íues?	Cujus est extentionis, *rel* longitudinis?	Kuhét, Kahátu.	Longus, Brevis.
Masl imékes?	Quam magnus?	Masl kúzkuz?	Quam parvus?
Masl kátu imékes?	Quam magnus ulterius?	Masl kátu kúzkuz?	Quam parvus ulterius?

Ex his patet quomodo exprimi possit gradus comparativus in hac lingua; forma enim propria, more Latinorum, non adest.

Miuáil?	Quam procul?	Kiuáil.	Tam procul.
Miuáilapkínig?	Quam procul hinc? Quam procul inde?	Kiuáilapkínig?	Tam procul hinc. Tam procul inde.
Miualá?	Quo diei puncto? Quota hora?	Kiualá	Hoc diei puncto. Hac hora.

Miualápkínig? A quota hora? Kiualápkínig. Ab hac hora.

Ex hoc patet modus, quo Indiani utuntur ut horas diei indicent. Nam Indianus dicens *Kiualá* signat indice punctum solaris semitae, in quo ipse sol erat ea, de qua quaeritur, hora.

Præeuntes voces possunt multiplici ratione componi et alterari; quod ut pateat, sequentia dabimus specimina.

Kalahamtíte	Aeque toties.	Kalahamníg	Admodum toties.
Illegninhemtíte	„ multoties.	Illegninhemníg	„ multoties.
Milazehemtíte	„ paucies.	Milazehemníg	„ paucies.
Packalahám	Singillatim toties.	Packalahámzim	Singillatim toties tantum.
Peillegninhém	„ multoties.	Peillegninhémzim	„multoties„
Pemmilazehém	„ paucies.	Pemmilazehémzim	„paucies „

Packalahamníg	Admodum toties singillatim.
Packalahamtíte	Aeque toties singillatim.
Packalahamnígzim	Admodum toties solummodo singillatim.
Packalahamtítezim	Aeque toties solummodo singillatim.

Et sic porro de reliquis.

Ex *Kasl* fit:		Ex *Kahál* fit:	
Kastíte	Aeque tam magnus.	Kahaltíte	Aeque tam longus.
Kasallíg	Admodum „ „	Kahallíg	Admodum „ „
Kászim	Solummodo „ „	Kahálzim	Solummodo „ „
Kaszimkái	Adhuc „ „	Kahalzimkái	Adhuc „ „
Packásl	Singillatim „ „	Packahál	Singillatim „ „
Kikászim	Aeque magni.	Kikahálzim	Aeque longi.
Úikaslig	Totus quantus est magnus.	Uikahállig	Totus quantus est longus.

Et sic porro. Insuper ad esprimendas personarum relationes, si opus fuerit, fiet:

Kagkásl	Quam magnu*m* ego.	Kagkahál	Quam longu*m*(diu)ego.
Kamkásl	Quam magnu*m* tu.	Kamkahal	Quam longu*m* (diu) tu.
Kakásl	Quam magnu*m* ille.	Kakahál	Quam longu*m* (diu)ille.

Kanmkásl Quam magnu*m* nos. Kanmkahál Quam longu*m* nos.
Kapamkásl Quam magnu*m* vos. Kapamkahál Quam longu*m* vos.

Et ita per omnes personarum diversarum compositas relationes.

Ex *Kiuáil* fit:		Ex *Kiualá* fit:	
Kiuailtíte	Aeque tam procul.	Kiualatíte	Eádem hora.
Kiuaillíg	Admodum „ „	Kiualannig	Adm: „ „
Kiuáilzim	Solummodo „ „	Kiualazím	Solu: „ „
Kiuáilzimkái	Adhuc „ „	Kiualázimkái	Adhuc „ „
Packiuáil	Singillatim „ „	Packiualá	Singil: „ „

Præterea, si opus fuerit, ad personarum relationes indicandas fiet:

Kagkiuáil	Quam procul ego.	Kagkiualá	Qua hora ego.
Kamkiuáil	Quam procul tu.	Kamkiualá	„ „ tu.
Kakiuáil	Quam procul ille.	Kakiualá	„ „ ille.

Míne, *vel* Me	Ubi? Ubi.	Kunmá	Illuc versus.
Mínig	Unde? Unde.	Kunmainíg	Illuc versus admodum.
Mipg	Quo? Quo.	Kunmaitíte	Versus illum ipsum locum.
Pemmíne	Alicubi singillatim.	Kunmaizím	Illuc versus tantummodo.
Minikái	Qua loci parte?	Kunmayí	In illum modum.

Míne et sequentia usurpantur etiam in responsis, quae, more Indorum, sunt fere semper negantia.

Míne iues?	Ubi est?	Uétu míne.	Nusquam.
Mínig he ués?	Unde es tu?	Uétu mínig.	Non unde.
Mipg kúse?	Quo pergis?	Uétu mipg	Nusquam.

Kunmá exprimit directionem, et adhibetur in notione motum exprimente.

Kunmaitíte et *Kunmainíg* usurpantur passim ad indicandum etiam idem temporis momentum, quo duæ actiones exeruntur; ac proinde bene ditur latine: Statim, *Kunmainíg:* Eodem temporis

momento. *Kunmaitíte.*

Forte miraberis vocem *Kunmayí*, inspecta latina versione. Nihilominus, si præ oculis habeatur vis desinentiæ *yí*, quæ modum innuit actionis, nihil erit mirandum; v. g. *Kunmayí hués kútes* Illum in modum debes agere. Innuendo nimirum voce vel gestu directionem actionis.

Kíne	Hic.	Kuné, Kunú	Illic.
Kínig	Hinc.	Kuníg	Illinc.
Kinépg	Huc.	Kunepgí	Illuc.
Kíneizim	Hic tantummodo.	Kuneizím	Illic tantummodo.
Kínigzim	Hinc „	Kunígzim	Illinc „
Kinépgzim	Huc „	Kunepgizím	Illuc „
Kineiníg	Hic admodum.	Kuneiníg	Illic admodum.
Kinigníg	Hinc „	Kunigníg	Illinc „
Kinepgníg	Huc „	Kunepginníg	Illuc „
Kineitíte	Hic in ipso loco.	Kuneitíte	Ibidem.
Kinigtíte	Hinc ex ipso loco.	Kunigtíte	Indidem.
Kinepgtíte	Huc in ipsum locum.	Kunepgitíte	Eodem.
Peckíne	Hic singillatim.	Peckuné	Illic singillatim.
Kipg	Citra.	Kupg	Ultra.
Kínike }	In hoc loco,	Kúnike }	In illo loco.
Kinikéi }	In hac plaga.	Kunikéi }	In illa plaga.
		Kúpkínike	In ulteriori loco.

Et sic porro, ut in præcedentibus, ad indicandas etiam varias relationes personarum.

Sequentia dicuntur etiam de tempore.

Kínig núkin.	A....citra, hactenus.	Kuníg núkin.	Inde citra, hactenus
Kínig kupg	{ Hinc ultra { A. . .ultra, retro.	Kuníg kupg.	Inde ultra, retro.
Kumnúkum.	Citra.	Kumkunig.	Ultra.
Kumnúkumg.	Citra(de motu.)	Kumkuníkeg.	Ultra(de motu.)
Nukúnike.	In citeriori parte.	Kúnike.	In ulteriori parte.
		Peckumkuníg.	Gradatim ultra.

Sint exempla, ut usus harum vocum cognoscatur.

Zapákaikitkínig núkin taz itimípnise.

A baptismo hactenus bono est animo.
Zapákaikitkínig kupg kúnku timnánagkaka.
A baptismo retro semper solebam turbari.
Uatíski hípe, kuníg núkin ués hipeyéi.
Heri comedi, inde hactenus non comedi.
Uatíski kuniá akzáka, kuníg kupg uétu máua.
Heri vidi eum, inde retro (antea) nunquam.

Inínm kumnúkum.	Citra domum.
Teulikínm kumkuníg.	Utra arborem.
Im kuníg.	Trans, ultra te.
Imém núkin.	Citra vos.
Meksém kúnike.	Ultra montem.
Meksém nukúnike.	Citra montem.

Temporalia.

Taks, ki taks	Nunc, Hodie.
Méyui, méimi	Mane.
Meyuiníg	Valde mane.
Ki taks méyui	Hodie mane.
Alágp	Horis meridianis.
Pégpe alágp	Meridie.
Kuléuit	Vespere.
Kuleuiníg	Valde vespere.
Zikétpe	Nocte.
Pégpe zikétpe	Media nocte.
Uáko uatíski	Heri.
Koz uatíski	Cras.
Kunméig	Perendie.
Uikunméig	Post tres dies.
Lehéi	Diu, per longum tempus.
Lehéipe	Post longum tempus.
Míuoz	Parumper, per breve tempus.
Míozpe	Post brave tempus.
Miuoszimkái	Adhuc parumper.
Uackeípe	Jam pridem.

Uackeípg	Longe in posterum.
Uackeípkínig	Exinde jam pridem.
Peuackeípe	Per longa intervalla singillatim.
Ezízpe, ki ezízpe	Nuper.
Ezízpeiníg	Nuperrime.
Koz	Adhuc, mox, modo.
Koz uétu	Nondum.

Perspicaciores Indorum distingunt inter Uatíski et Uatískipg; illud Heri significat, hoc Cras. Quicquid sit de hac distinctione, in praxi non erit dubia significatio; tempus enim verbi præteritum vel futurum determinabit sensum vocis; v. g.
Ikiú uatíski. Ibit cras.
Ikúye uatíski. Ivit heri.
Dicitur Méyui a solis ortu usque ad semi-cursum versus meridiem.
Dicitur Alápg a semi-cursu versus meridiem usque ad semi-cursum versus occasum.
Dicitur Kuléuit a secundo semi-cursu post meridiem usque ad solis occasum.

Plerumque dicitur Pégpe tantummodo, cum ex contextu sermonis colligi possit, utrum sit meridies vel media nox.

Adverbiales dictiones.

Anókt	Ante, antea.	Éleg	Post, postea.
Ákam	Supra, superne.	Énim	Infra, inferne.
Imít	Intus.	Émti	Extra.
Mátat	In fluvii superioribus.	Mútat	In fluvii inferioribus.
Nakéi	Trans flumen.	Nukníg	Citra flumen.

Anóktkinike	In anteriori parte, loco.	Elekínike.
Akamkínike	In superiori parte „	Enimkínike.
Imítkinike	In interiori parte „	Emtikínike. (a)
Matatkínike	In superiori fluvii plaga.	Mutatkínike.
Nakéikinike	In plaga trans flumen.	Nukúnike.
Uapsúgpkinike	In dextera parte; A dexteris.	Zakiágpkinike.

(a) Quorum est opposita significatio.

Ut dicatur "Nakéi vel Nakéikinike" non est opus, ut flumen separet locum; sed requiritur, ut sit quædam separatio, etsi arte facta, ita ut concipi possit transitus a parte una ad alteram.

"Túskinike" dicitur frequenter pro "Emtikínike," cum exprimi vult superficies alicujus rei; sed non est dicendum, si indicari voluerit aliquid quod ipsi rei non inhæret; v. g.
"Ipí íues inítpe, métu miáz us emtikínike."
Ipse est domi, sed ejus filius foris.
"Ki háma íues taz túskinike, métu kapsís imítkinike."
Hic vir est bonus extrinsecus, sed malus intus.

"Zakiágpkinike" dicitur In sinistra parte, vel A sinistris; est etiam "Uapsílaikinike" significationis ejusdem.

"Ektégpkinike" significat A latere.

"Áptinm" significat Contra, E regione: v. g.
"Inm-áptinm," Mihi e regione.
"Nunm-áptinm," Nobis e regione.
"Kunm-áptinm," Illi e regione. Hæc postrema forma usurpatur frequenter in contextu sermonis, ut innuatur: E regione; nam "Áptinm" solummodo non dicitur.

Miscellaneus index secundariarum orationis vocum.

1. *Ákam*, supra. Dicitur tantum de loco qui est supra relative ad aliquid aliud subter situm.
Inm-ákam, supra me; "Nunm-ákam," supra nos; "Kunm-ákam," supra illum.
Sæpe in hujuscemodi compositionibus occurrit *Kunm*, quæ vocula non necessario referenda ad personam; immo juxta sermonis tenorem nonnisi *Supra*, ut in nostro casu, exprimitur per compositam vocem "Kunmákam;" vel verius significatur: In illo loco supra; *sive*, Ibi supra; v. g. "Jesus Christ iuzéye kokuálgnim inítpe, kunmákam ilapáika gezíu." Jesus Christus natus est var-

carum in domo, ibi supra refulsit stella.

2. *Ákamg*, quæ modificatio innuit directionem cum motu conjunctam; v. g. "Ákamg uyúikse." Sursum versus nitor.

3. *Akamkínig* indicat De sursum; v. g. "In páina akamkínig." Ego veni de sursum.

4. *Akamkínike*, vel "Akamkinikái" dicit locum, regionem, partem in supernis. Hujuscemodi compositio usurpatur adverbialiter vel substantive; et inflectitur more nominum, si substantive accipitur. Cum exprimitur status in loco, adhibetur semper adverbialiter. Sint exempla: "Ipí iueksúze akamkínike." Ipse sedet in supernis. "In eegnipézuise akamkinikáina." Cupio videre superna.

Usu factum est, ut etiam hæc vox significaret Cœlum sensu christiano.

5. *Akamkínikeg*, vel "Akamkinikáig" innuit directionem cum motu;v. g. "Akamkinikáig iuíhnene. In cœlum ascendit.

6. *Akamkínikaikínig*, De supernis; v. g. "Jesus Christ itkeíkime akamkínikaikínig." Jesus Christus illapsus est de cœlo.

Quæ de hac voce "Ákam" ejusque modificationibus disserendo notavimus, intelligantur juxta subjectam materiam de sequentibus vocibus.

7. *Ámtiz*, cito, statim, festinanter; v. g. "In zíektetu ámtiz. Loquor festinanter. "Ámtiz he zikilínu." Statim reverteris.

Amtisníg, citissime. Usurpatur etiam sensu adjectivo.

8. *Amúg*, congregatim, congestim, una simul; v. g. "Síkem iueuk ipse amúg." Equi pascuntur una simul. "Kaú, euníg kínia úika ana zuyémne amúg." Eja, pone hos omnes pisces congestim.

9. *Anókt*, ante, anterior, prior; et in genere hæc vox innuit notionem primatus et prioritatis sive loci, sive temporis, sive dignitatis; v. g." Miógat íues anókt, kauá éleg ualím titókan." Princeps est antea, et postea communes homines.

10. *Anóktipg*, prorsum; innuit directionem; v. g. "Ínim áttatu kikét anóktipg." Mihi manat sanguis versus (per) anteriora.

11. *Anóktkinike*, v. g. "Anóktkinike in timmíunu, kauá zíegnu." Primum deliberabo, deinde loquar.

12. *Anóktkínikeg*, v. g. "Anóktkínikeg kúiku." Vade in partem anteriorem.
13. *Anóktipkínig*, ex ante.
14. *Áptinm* innuit notionem loci e regione siti. Hæc vox occurrit semper cum aliquo additamento; sic dicitur: "Inm-áptinm," contra me, id est, mihi e regione; "Nunm-áptinm," contra nos; "Kunm-áptinm;" illi e regione, vel illic e regione; v. g. "Kunm-áptinm íues imékes páps." Illic e regione est magna abies.
15. *Éleg*, post, poster, posterior; et in genere hæc vox exprimit conceptum posterioritatis sive loci, sive temporis, sive dignitatis; v. g. "Im inóktiu, kauá éleg in tuígnu." Tu præcedes, et post sequar ego.
16. *Élekipg*, retrorsum; et dicit directionem; v. g. "Ínim áttatu kikét élekipg." Mihi manat sanguis versus (per) posteriora "Ipí ipskalálg élekipg." Ipse ambulat retrorsum.
17. *Élekipkínig*, ex retro; v. g. "Élekipkínig íkum anóktipg." Ex retro venit huc in anteriorem locum.

Dicitur etiam "Inm-éleg," post me; "Nunm-éleg," post nos; "Kunm-éleg," post illum.

18. *Elekínike*, v. g. "Ipí izíekze, kauá elekínike itimípnise." Ipse loquitur, et postea cogitat. "He uekslíku elekínike." Tu sedebis in posteriori loco.

Peuyéleg. Hæc vox componitur ex "Pe-uyé-éleg," et exprimit: Per vices- successive- posterior; v. g. "Peuyéleg kie usíg timíne" Retrogradum nos habemus cor. (Cor nostrum fit deterius.)

19. *Émti*, foris, extra, exterior; v. g. "In ués inítpe. ipí íues émti." Ego sum domi, ipse est foris.
20. *Émtikeg* exprimit directionem; v. g. "Émtikeg kúse." Foras eo.
21. *Emtikínig*, ex loco exteriori; v. g. "Mínig páiza he? Emtikínig." Unde venis? De foris.
22. *Emtikínike*, in loco exteriori, in parte exteriori; v. g. "Háyat íues imítkinike, kauá kokuálg emtikínike." Mulier est intus, et vacca extra.

23. *Éneka* vel Éneku emphatice, rursum, iterum. "Éneka hipíse éte." Equidem comedit iterum.
24. *Énim*, infra, sub, subter. Dicitur tantum de loco qui est infra relative ad aliquid aliud supra situm.
"Inm-énim," infra me; "Nunm-énim," infra nos; "Kunm-énim,' infra illum; v. g. "In ueksúzene amságpa, inm-énim iueukúpsene kokuálg." Ego sedebam super rupem, infra me pascebantur vaccæ.
25. *Énimg*, deorsum, innuit directionem; v. g. "Énimg itkéuye" Cecidit deorsum.
26. *Enimkínig:* v. g. "Enimkínig ipalatísa ipézet." Ab imo ascendit nebula.
27. *Enimkínike;* v. g. "Ipí íues enimkínike." Ipse est in loco inferno, vel in parte inferiori.
Usu factum est ut hæc vox exprimeret etiam Infernum sensu christiano.
28. *Enimkínikeg*, vel "Enimkinikéig;" v. g. "Enimkinikéig iuíhnene". Perrexit in infernum, (in infernas regiones.) Ideo opus erit declaratione in exponenda doctrina christiana, cum haec vox usurpatur de Christi descensu ad inferos.
29. *Enimkínikeikínig*; v. g. Uétu máua áttu he "enimkínikeikínig". Nunquam egredieris ex inferno.
30. *Épei*, medius; v. g. "Kem épei ueksúze". Qui sedes medius (in medio.) "Uétu itú íues épei". Nihil est in medio.
31. *Éte*, quidem; v. g. "Éte itnúgne." Equidem mortuus est.
32. *Etké*, quia, enim; v. g. "Kúus izíegne etké." Sic enim est locutus.
33. *Ettíkeg*, deorsum; "Ettíkeg isayógosa." Deorsum aspicit
34. *Éziz*, nuperus, recens, nuper. Adhibetur sensu præterito et futuro.
Ezízpe; v. g. "Ezízpe itnúgne." Nuper mortuus est. "Ezízpe ipáinu." Mox veniet.
35. *Imít*, intus, intra, interior; v. g. "Eékin kínia ikáina; kaú pínim, itú íues imít?" Vide hanc ollam; eja dic mihi, quid est

intus?

36. *Imítg*, introrsum; v. g. "Imítg sayógoi. Introspice.

37. *Imítkinig:* v. g. "Imítkinig aáttima. De intus exiit.

38. *Imítkinike:* v. g. "Ipí íues imítkinike." Ipse est in parte interiori.

39. *Inég*, etsi, quamvis. Huic respondet "zauín," tamen.

40. *Ísk*, vel "Úsk," quasi, prout, instar; v. g. "Ísk auális izíegne." Instar iracundi locutus est. "Ísk timnénekin ikúse." Quasi afflictus agit.

Hæc eadem vox occurit sæpe ut pleonasmus.

41. *Ítku*, vel, sive; v. g. "Kúus itimmíunu, ítku néksep." Ita deliberabit, vel aliter.

42. *Ka*, et.

43. *Kauá*, et, tunc; v. g. "Kauazím igeízemnu." Tantummodo tunc irascetur. (Tantummodo est significatio voculæ *zim*.)

44. *Kéine*, ut non, ne forte; v. g. "Uétu máua izíekze, kéine imisemú". Nunquam loquitur, ne mentiatur.

Hæc vox postulat futurum tempus post se.

45. *Kalú*, satis, tantum; v. g. "Kalú tamtáin". Satis dixi. "Páis kalú". Forsan satis.


46. *Kalauníka:* tandem, usque, quoad usque. Hæ voces latinæ non exprimunt nisi quadamtenus vim indicæ vocis. Dicitur de agente, qui gradatim attingit aliquam perfectionem vel jmperfectionem; v. g. "In hipíse, kauá éneka hipíse, kauá éneka, kalauníka tekeléku. Edo et iterum edo, iterumque, tandem (quoad usque) saturabor.

47. *Katát*, prope, juxta, vicinus; v. g. "Kíne katát íues inít." Hic prope est domus. "Kuné katát íues teulíkt." Illic juxta est arbor. "Ínimpe katát" Juxta, prope me.

Packatát: dicitur de pluribus rebus quæ juxta sunt; v. g. "Imé itéuyezig packatát." Ipsi degunt sibi invicem prope.

48 *Kátu* est vox quæ usurpatur ad significandum excessum quantitatis vel qualitatis in exprimenda quodammodo comparationis forma. "Kátu" potest exprimi per voculas latinas. Magis.










IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)







plus, ultra, si spectetur non usus, sed sensus vocis. Sic dicitur: "Kátu iméke**s**, kátu kúzkuz." Ultra magnus, ultra parvus. "Kátu peléipeléi iuzése." Ulterius stolidus fit; id est: Stolidior. Ad comparativum gradum significandum, vel potius excessum, ut jam dictum est, adhibetur etiam "kumkuníg" (ultra illum, vel inde ultra,) vel "uikínig." Quandoque etiam dicitur: "kátu kumkuníg, kátu uikínig." Sic v. g. "Kátu kumkuníg auális." Magis ac magis iracundus. "Uikínig itimnéneku" Ulterius affligetur.

49. *Kaú*, eja: v. g. "Kaú, pínim hípt." Eja, da mihi cibum.

50. *Kauá-páin*, si unitur cum præsente verbi tempore significat: *nunc primum, nonnisi nunc;* si vero conjungitur cum præterito significat: *tunc primum, nonnisi tunc*; v. g. "Kauá-páin he ékin." Nunc primum te video. "Kauá-páin izíegne." Tunc primum locutus est.

51. *Kíeg* est vox qua phrasis inchoatur, et dicitur a loquente in prima persona solummodo; v. g. "Kíeg timnénekse." Sum turbatus.

52. *Komáiz*, intense, valde, admodum. Est unum idemque cum verbo "komáiza," (ægroto, doleo,) estque modificatio exprimens causam; v. g. "Komáiz kúse." Doleo. "Komáiz kúse ípsus." Doleo manu. Dicitur insuper: "Komáiz lilóize." Intense gaudeo. "Komaisníg timnénekse." Valde intense affligor.

53. *Koz*, mox, adhuc; v. g. "Koz hipú." Mox comedam. "Koz hipíse." Adhuc comedo. Hinc patet diversitatem temporis præsentis vel futuri constituere diversitatem significationis.

54. *Koz uétu*, nondum; v. g. "Koz uétu ipinmíkse." Nondum obdormit. "Koz uétu itimmíuze." Adhuc non deliberat.

Notandum est specialis usus hujus vocis in quibusdam dictionibus; v. g. "In koz talapózata, koz taks ímka talapózatanu." Primum ego eo orare, et postea etiam tu ibis orare.

"Im koz zíekin, kauá éleg in." Tu primum loquere, et postea ego.

"Ipín koz hipú, kauá koz taks nun éleg." Ipse primum comedet, et postea nos.

"Imán koz ziekitg, ka nun éleg." Vos primum loquamini, et nos postea.

"Titillún koz ipetimmúunu, ka taks he éleg ziegnu." Seniores primum deliberabunt, et postea tu loqueris.

"Mimiógatun koz, kauá nun éleg." Primum duces,et nos postea.

Hæc omnia specimina dedi, ut ostenderem modum componendi dictiones, in quarum postremis videre est alteratio subjecti verbi per additionem litteræ *n*, quæ habet tantum locum in similibus dictionibus.

55. *Ku*, utrum .... an; v. g. "In koz uétu zúkueze, ku uáko iuíhnene, ku uétu." Ego adhuc nescio, utrum jam profectus sit, an non.

56. *Kúnku*, semper; v. g "Ipí kúnku hiptétu." Ipse semper edit.

57. *Kúus*, ita, taliter; v. g. "Kúus itamáluia." Ita statuit.

58. *Lamlamát*, statim; v. g. "Lamlamát iuskéine." Statim profectus est.

59. *Lehéi*, diu; v. g. "Lehéi ipinímse." Diu dormit.

60. *Lilikúg*, gratis, sine causa; v. g. "Lilikúg euníe hípt." Gratis dedi ei cibum. "Lilikúg komáiza." Sine causa ægroto.

61. *Maná*, manáma; quomodo, qualiter; v. g. "Manáma izíegne?" Quomodo locutus est?

62. *Máua*, quando; v. g. "Máua iuágna?" Quando evigilavit?

63. *Métu*, sed; v. g "Ipním itenuéye, métu uétu itanánia." Ipse mihi locutus est, sed non me redarguit.

64. *Mis* est vox, quæ usurpatur in ponendis quæstionibus, quæ negativum responsum supponunt; v. g. "Mis he ués miséme?" Num es mendax? "Étem uétu." Sane non.

65. *Míuoz*, per breve tempus, parumper; v. g. In chaléleize míuoz." Sum occupatus parumper

66. *Mizkiníg*, vix: v. g. "In mizkiníg észe." Vix respiro.

67. *Neksút*, juxta, contiguus; v. g. "Ipí íues neksút." Ipse est in contiguo conclavi, vel loco.

68. *Neksú'kinike*, locus contiguus; v. g. "Neksú'kinike pite-

nuesíg." In contiguo loco (domo, cubiculo) colloquuntur.

69. *Nezmís*, utinam; v. g. "Nezmís lilóinag." Utinam gauderem.

70. *Ínag*, utinam; v. g. "Ínag uákas uízes." Utinam sanus fiam. Quodnam sit discrimen inter "Nezmís et Ínag" scies ex dictis in præcedentibus, ubi fuse agitur de harum vocum discrimine.

71. *Páis*, forsan. Hæc vox additur ad abundantiam ut plurimum; v. g. "Páis uíhnenu." Forsan proficiscar.

72. *Pelkéi*, quoquoversus; v. g. "Pelkéi itéuyeze titókan." Quoquoversus (per circuitum) degunt homines (Indi.)

73. *Pelkéikinig*, undecumque, ex omni directione.

74. *Pelkékeg*, quoquoversus, in omnem directionem.

75. *Takláí*, contra, in vicem, ex contrario. Hæ voces quadamtenus respondent voci indianæ. Ut hujus vocis vim assequaris, habeas, quæso, præ oculis verbum "Takláiza" (muto, permuto.) Sit exemplum: "Kuniá in euníe samg, ka takláí iníe hipt." Illi dedi indusium, et contra dedit mihi cibum. "Ipné taz etenuéye, métu takláí igeízemúye." Illum allocutus sum bene, sed e contrario mihi iratus est.

76. *Pattakláí*, vicissim, per vices. Ex hac voce, quæ est compositio præcedentis, clare perspicitur ejus significatio; v. g. 'Pattakláí peziegnu nun." Per vices loquemur. "Kíe zepelénenig pattakláí." Solemus laborare per vices.

77. *Tosg;* hujus vocis varius est usus. Sint exempla: "Ipné euníe tosg." Illi dedi satis superque. "In etemetkúye tosg." Solvi illi ultra debitum, ultra pactum. "Máskoi tosg íkus.Carbunculus (ulcus) "dehiscit. Tosg ekúye illút." Venter ejus crepuit. "Tosg ekúse sílu. Oculus ejus disrumpitur.

78. *Tust*, altus, sublimis; v. g. "Ipí itéuyeze tust." Ipse degit in alto. "Túskeg kúye. Perrexi in altum (v. g. in collem, in superiora domus.)

79. *Úikinig*, ulterius; v. g. "Úikinig iziegne." Ulterius locutus est.

80. *Peuikínig*, gradatim ulterius; v. g. "Peuikínig itimnének-se." Ulterius ulteriusque afflìgitur.

81. *Uinuá*, seorsum, seorsus, separatim, sejunctim; v. g. "Ui-nuá iueksúze." Sedet seorsus. "Síkem iueukúpse uinuá." Equus pascitur separatim.

82. *Pauinuá*, singillatim seorsum; v. g. "Pauinuá pekiéiku etg." Vos iter agetis seorsum. (Vis particulæ *Pa* non potest semper reddi in latinam linguam) *Vel*: Iter agetis ab invicem separati.

83. *Ulikénm* est vox quæ usurpatur, cum quis aliquo pergit non pernoctaturus, sed reversurus domum: v. g. "Ulikénm kúye." Perrexi reversurus et non pernoctaturus.

84. *Uáyat*, procul, longe, longinquus; v. g. "Uáyat itnúgne." Procul mortuus est.

85. *Kímtem*, prope, vicinus; v. g. "Kímtem itéuyeze." Prope degit.

86. *Uág*, et; v. g. "Ipég uág nukt" Panis et caro.

87. *Uáko*, jam, utique; v. g. "Uáko ikúye." Jam profectus est. "Uét izíegne? Uáko." An est locutus? Utique.

88. *Uét* est vox, quæ adhibetur in quæstionibus proponendis; v. g. "Uét ipáina?" An venit?

89. *Uétmet*, ne. Hæc vox adhibetur in formatione imperativi inhibitionis, et requirit futurum verbi tempus; v. g. "Uétmet zíe-gnu." Ne loquaris. Noli loqui:

90. *Uetmetníg*, ne *energice*; v. g. "Uétmet kiú, uetmetníg." Noli ire, noli omnino

91. *Uétu*, non; v. g. "Ipí uétu ipinímse." Ipse non dormit.

92. *Uetunníg*, non *energetice*; v. g. "Ipí uétu igeízemze, uetun-níg." Ipse non irascitur, omnino non.

93. *Uézu*, non amplius; v. g. "In uézu geízemnúyu he." Non amplius irascar tibi, *vel* contra te. "Ipí uézu hipíse." Ipse non amplius edit. "In uézu kúse." Ego desino. "Uézu he ués." Desine *vel* Desiste.

94. *Uítez*, parum abfuit quin; vix non. Usus hujus vocis est

11º SEPÚ. Hæc vox est compositio ex *sepé* et *ué*. *Ué* exprimit actionem fieri ore, et hac præsertim compositione *Sepú* vel *Sapó* indicatur actio per insufflationem facta.

Sepúlikse, *insufflo*; v. g. Esepúlig allána. *Ignem insuffla*, nempe, *insufflando excita.*

Sepúlmise, *inflo tubam.*

Sapoyáuksa, *refrigero insufflando, vel exutiens aërem*; v. g. Inásapoyáuksa. *Me refrigero exutiens aërem.*

Sapótasksa, *exufflo*; v. g. "Zapalakáuitasna asapótasksa." *Exufflo lucernam.*

Sepúukeíze, *insufflando* ejicio; v. g. "Ukúgne esepúkeín." *Exuffla crines.*

Occurrit nihilominus hæc eadem vox *Sepú* vel *Sapó* in significatu omnino diverso, quia ex diversa partium compositione derivans. Sic dicitur, v. g.

Sepúzese, *facio insidere equo*, ex "sepé et uézese," *insilio.*

Sapókza, *expergefacio*, ex "sapá et uákza." *evigilo.*

12º SEPTIE. Vox hæc significat actionem productam vi, qua quid comprimitur, abigitur, adigitur, intruditur vel extruditur; et ita hæc vox *Septie* differt a *Nike*, cujus significatio est efficere vi partes distrahente.

Septie est compositio ex *sepé* et *tie*; notio vis indicatur per voculam *tie*; hinc fit, ut aliquando, omisso *sep*, assumatur tantummodo *tie*.

Septieilékse, *cogo, adigo*; v. g. In eseptieilékse sikémne. *Adigo equum*, puta, *in septum.*

Septielétze, *cogo, abigo*; v. g. In eséptielétze sikémne. *Abigo equum*, puta, *ex septo.*

Septielíkze, *Cogo ago*; v. g. In eseptielíkze sikémne. *Cogo equum, ut pergat.*

Septiekéikse, *eo adigendo*, puta, vaccas *ut pergant.*

Septiapáiksa, *facio venire adigendo;* v. g. Síkem septiapaikúkum. *Adige equum ut huc veniat.*

Septielúse, *adigo*, puta, bruta, *ut trajiciant flumen.*

Septokóize, *impello*, puta, *percutiendo hominem manu.*

Septieuyúize, *adigo ut separentur*, nempe, personæ vel res, quæ simul sunt.

Tielétze, *extrudo.*

Tiakáliksa; v. g. Titókan pitiakáliksa. *Homines comprimuntur*, puta, præ angustia loci.

Tiakpápsa, *comprimo*, puta, rem voluminosam.

13º SLÍM. Hæc vocula indicat actionem fieri oculis.

Silimpéuise, *quæro oculis.*

Silimgápsa, *aspicio quasi clanculo et transversis oculis.*

Silimtálksa, *cohibeo oculos*, nempe, ne huc illuc discurrant.

In quibusdam compositis occurit *Síle* pro *Silím.*

Siléukeítueze, *oculis comitor*, nempe *invigilo;* v. g. In esiléukeítueze házuala. *Invigilo puero.*

Siléutimnénekse, *affligo aspiciens;* v. g. Titókana esiléutimnénekse. *Conturbo homines meo aspectu.*

In quibusdam aliis compositis occurrit *Site* pro *Silím.*

Sitalásasa, *erigo oculos, suspicio.*

Siteléneze, *demitto oculos, despicio.*

Siteilékse, *introspicio.*

Sitelúse, *madefacio oculos*, nempe, *immittendo in aquam.*

14º TE. Vocula hæc indicat actionem produci verbis, tamquam causa efficiente.

Tetimnénekse, *conturbo per verba*; v. g. In etetimnéneke na-tótap. *Meis verbis conturbavi patrem meum.*

Tallóíksa, *lætifico verbis*; In atallóika ne-ízep. *Meis verbis lætificavi matrem meam.*

Takapsísksa, *efficio malum per verba*, puta aliquem; v. g. In atakapsísksa titókana. *Meis verbis reddo homines malos* (,puta, facio eos irasci).

15º TEKE. Hæc vocula innuit præcipue actionem, quæ de repente fit. Per consequens vero, quia lapsus vel casus fit de repente et insperato, hac eadem vocula exprimitur notio lapsus vel casus. Conceptus autem brevitatis durationis, qui in aliquibus potissimum verbis hujus compositionis videtur eminere, non est nisi secundarius et quasi accidentalis.

Teketíese, *video de repente.*

Teketimnénekse, *turbor de repente.*

Tekeuzése, *repente fio.*

Tekezúkueze, *statim scio.*

Teketimmíuze, *protinus delibero.*

Takatamtáiza, *statim narro.*

Takosáuksa, *sileo statim*; ex uasáuksa. *Ua* mutatur in *o* juxta legem compositionis; et *Taka* expungit *a*; hinc oritur *Takosáuksa.*

In his omnibus et innumeris aliis hujus compositionis nulla reperitur casus notio, sed evidens est conceptus repentinæ actionis. Et quamvis in aliquibus appareat conceptus durationis brevis, hic non est primarius et per se; quicquid enim de repente fit, non est diuturnum ut plurimum.

Tekeuítise *defluo*; v. g. Póhol itkeuítisenki. *Rivus defluit.*

Tekeíkse, *decido;* v. g. Lalg ikeíke. *Semen decidit.*

Háutnin Eullégeullég itkeíkime. *Spiritus Sanctus illapsus est.*

Tekelikézese, *cado super*; v. g. Pisuénm íne itkelikézeye. *Lapis super me cecidit.*

Takatógsksa, *cadens dehisco*; v. g. Ínim takatógska sílu. *Per casum meus dehivit oculus.*

Takazáksa, *cadens infigor*; v. g Síkem itkazáka sitégpe. *Equus cadens infixus est in limo.*

Tekétulúse, *cado in aquam*; v. g. Písue itketulúye. *Lapis cecidit in aquam.*

Tekézillíkse, *impingens cado*; v. g. Síkem itkezillíke. *Equus impingens lapsus est.*

In his omnibus sane est evidens notio casus; sed quæcumque cadunt, non nisi de repente collabuntur. Ceteroquin quæcumque de repente fiunt, quasi incidunt, illabuntur.

16º TEMÉ. Impervius hujus voculæ significatus frustravit hactenus omnem diligentiam adeo, ut generalis quædam ejusdem notio nondum potuerit stabiliri. Quid mirum? Quis unquam exhibuit generalem notionem omnium elementorum, quibus linguæ excultæ constant?

Consideratis omnibus verbis, quorum partialis vis jam satis est perspecta, tres distincti conceptus videntur indicari per hanc voculam *Temé*.

a) Innuitur notio, qua quid fit aperiendo et in propatulo exibendo; hinc dicitur; v. g

Tamágalpsa, *aperio*. Hac voce utuntur Indi, ut significent actionem removendi ostiolum pellicium et revolvendi versus latus aliquod tugurii. Actio itaque per hanc vocem significata vel refertur ad tugurium, quod quasi in propatulo per remotionem ostioli ponitur; vel refertur ad ipsum ostiolum, quod per remotionem ex uno in aliud latus revolvitur.

Tamapáiksa, *patefacio*.

b) Innuitur notio, qua quid revolvitur ex uno in aliud latus; hinc dicitur; v. g.

Temézikilíkse, *revolvo*; v. g. Hezúne etemézikilíg. *Lignum revolvas* (quod jacet nempe, et ita removeatur, ut aliud ejusdem latus appareat).

Hac eadem voce utuntur Indi protestantes ad indicandam moralem conversionem; v. g. Iné-temézikilíku. *Convertar.*

Tamásasa, *fluctuo*; v. g. Iuétem itamásasa. *Mare fluctuat.*

Tamánisa, *interpretor;* ex hanísa, *facio*.

c) Innuitur notio, qua videtur exprimi vis præpositionis latinæ *super*; hinc dicitur; v. g.

Temézese, *superaddo pretio.*

Temeiktékse, *tego.*
Tamaktátksa, *scindo* (aliquid nempe, cui superponitur aliquid aliud).
Tamázaksa, *capio* (nempe equum laqueo circa collum injecto).
Temelíkse, *jacio me super,* puta, cubile.
Tamáluisa, *stabilio, facio legem*; et lex est aliquid super aliquem impositum.

Sunt et multa alia ejusdem compositionis verba, quæ disparatas dant notiones; v. g.
Temenikíse, *semino*; ex inikíse, *pono*; et sane intus seritur; nisi Indi respiciant tantum immediatam serendi actionem.
Temélikilíkse, *circumcingo,* puta, hostes obsidione.
Temepéise, *circumdo.*
Temékze, *introspicio,* nempe cogitationes in alicujus mente.

17º TEU. Hæc vocula innuit actionem tempore noctis fieri.
Teutimmíuze, *delibero nocte.*
Taupáiza, *venio nocte*
Teuzuéize, *frigeo nocte.*

18º TIMNÉ. Hæc vox indicat actionem fieri corde.
Timnékze, *video corde.*
Timnéhetgáuza, *patior corde.*

19º TÚALA. Hæc vocula innuit actionem factam dum pluit, vel causatam a pluvia.
Túalapáiksa, *venio in pluvia.*
Túeletémkse, v. g. Itúeletémkse. *Aër obfuscatur pluvia.*

20º TÚKALA. Hæc vocula exprimit actionem festinanter fieri.
Túkalápsa, *festine comedo.*
Túkalapáiza, *festinanter venio*; v. g. Ipí itkualapáiza. *Ipse festinanter venit.*

21º TUKÉI. Vocula hæc indicat actionem produci ab agente

ea directione et modo, quo quis protenderet vultum, vel manus et brachia.

Tukéitekelíkse, *cado pronus in faciem.*

Tukéitese, *projicio.*

Pitkuitúse, *unus projicit in alium*, puta, lignum globulum.

Uetukéitese, *pugnis contundo.*

Uetkuyétze, *protendo;* dicitur de lingua.

Tukéikóklikse, *procumbo.*

Tukéikoklikósa, *pronus adoro.*

Tukáinásksa, *impingo nasum.*

22º TUKE. (TÚKEPE, TÚKEP.) Hæ voculæ indicant eamdem protentionis notionem; sed *pe* superaddit notionem *manus.*

Túkepelíkse, *protendo manum.*

Túkapalásasa, *protendens elevo manum.*

Túkepelikézese, *protendens manum superpono* alicui.

Túkepkéikse, *protendens manum moveo.*

Túkepímtekse, *indico protendens manum.*

Túkepelúse, *protendo manum in aquam.*

Túkelúse, *mergo me in aquam*, puta protendens caput in eam insilio.

Tukelíkze, *venor*, quia in venatione ago protendens manus.

Tukelúkse, *spero*, quasi protendo animum.

23º TULE. Hæc vocula innuit actionem fieri pedibus, deambulando vel tundendo; aliquando autem indicatur actio, quæ in terra vel in ejus directionem fit.

Tuléptese, *percutio pede;* dicitur de equo calcitrante.

Tuleléseze, *strepo pedibus.*

Tulétugskse, *contero pede, conculco.*

Tulatásksa, *conculcans extinguo*, puta, carbones ignitos.

Tuléneze, *sterno, dejicio, desilio.*

Uetuléneze, *dejicio;* v. g. Sikémnim íne iuetulénene. *Equus me dejecit.*

Tuleilékse, *immito in foramen, in arcam.*

Tulauáiksa, *projicio*, puta, in oppositum locum.

24º UÉ. Hæc vocula innuit actionem, qua aliquid enunciatur per verba.
Uatásksa, *dico esse bonum*, benedico.
Uakapsísksa, *dico esse malum*, maledico.
Uakomáiksa, *dico esse ægrotum*; v. g. Ipnókomáiksa. *Dicit se ægrotare.*

Hic animadvertendum occurrit, quid interest inter hæc tria, nempe, *Ile*, *Te*, *Ué*
Ile indicat modum actionis; v. g. In kuniá eulepkiyéuze. *Ego loquens misereor illius.*
Te exprimit causam actionis; v. g. In kuniá eteyéukse. *Ego loquens facio illum miserum.*
Ué significat enunciationem actionis; v. g. Ipním íne iueyéukse. *Ipse dicit me miserum.*

25º UÉ. Hæc vocula innuit actionem percussione exertam.
Uekílimkse, *excutio percutiendo*, puta, pulverem ex vestibus.
Uekíukse, *findo tundendo*; v. g. In ukíukse hezúne. *Findo securi lignum.*
Uesúikse, *resipisco verberibus.*
Uetukéitese, *pugnis cædo.*
Uagápsa, *findo percutiendo*, puta, in frustula.
Ueléseze, *sonum elicio percussione.*
Uetése, *verbero.*

Vocula hæc et præcedens sunt fortassis una eademque radix; nam quædam, juxta captum Indorum, videtur esse affinitas inter percutiendi actum, et modum eliciendi voces lingua et labiis mediantibus.

26º UELE. Hæc vocula exprimit actionem fieri defluendo, vel circumligando. In primo significatu derivatur ex Uéleze, *fluo*; in secundo ex Uelétpese, *ligo*. Quare verba ex his conflata sunt potius dicenda conjunctio duarum vocum.

Uéleléseze, *defluens strepo*; v. g. Píkun iuéleléseze. *Flumen defluens strepit.*
Uéleuyúize; v. g. Póhol iuéleuyúize lepítg. *Rivus defluens dividitur in duos ramos.*
Uelétze; v. g. Kus iuelétze. *Unda defluens exit.*
Uelélikilíkse, *ligando circumdo.*

27º UELÍM. Hæc vocula innuit notionem latinæ vocis *simpliciter*
Uelímziekze, *simpliciter loquor.*
Ualímnáksa, *existimo simpliciter.*
Ualímtalapózaza, v. g. Polímtalapózanu. *Simpliciter orabimus.*

28º UÉP. Vocula hæc significat actionem fieri manibus.
Uepézese, *tango.*
Uepelíkze, *vestio, orno.*
Ueptéize, *frustro ictus.*
Uepsisúikse, *facio resipiscere verberibus.*
Uepeuizlémkse, *non pertingo manu.*
Pétugskse, *manu comprimo, exprimo*: v. g. In epétugskse tamámna. *Manu exprimo ovum.*

Ex hoc postremo patet, *pe* exprimere actionem manu factam.

29º UÈTG. Hæc vocula indicat actionem male factam, quin debeat intelligi notio iræ, ut dictum est de *kesím.*
Uetgmizíse, *male audio*, puta, quia subsurdus.
Uetgtímse, *murmurans loquor.*
Uetgtenuése, *male loquor.*

30º UÍ. Vocula hæc significat *omnes, omnia.*
Uipáiza, *omnes venimus.*
Uipeléize, *omnes perimus.*
Uitimípnise, *cogito omnia.*

Cum *Ui* sit numeri pluralis quoad significatum, hinc fit ut

verbum assumat pluralem formam; attamen æque recte retinetur singularis forma, in quibusdam præsertim dictionibus.

31º UYÁ. Hæc vocula innuit notionem successionis, seriem nimirum actionum sibi succedentium.

Uyázikáuza, *timeo per actus timoris sibi succedentes.*

Uyákomáiza, *ægroto, iterum iterumque ægroto.*

32º ULE. Hæc vocula significat actionem per ventum productam, vel more venti, eo nempe modo, quo quid movetur celeriter de loco in locum.

Ulekúpse; v. g. Háttianm peulekúpe teulikíne. *Ventus flando confregit arborem.*

Ulelukúpse; v. g. Háttianm peulelukúpe teulikíne. *Ventus flando concutit arborem.*

Uleteémkse; v. g. Iuleteémkse. *Aër obfuscatur præ vento.*

Ulayáuksa; v. g. Iulayáuksa. *Ventus flans mitigat æstum.*

Ulikézese; v. g. Teulikínm kuniá peulikézeye. *Arbor cadens oppressit illum.*

Uleluíkze; *æmulor, certo;* v. g. Titókan piuleluíkze sikémki. *Homines certant equis.*

Ulelíkze, *fugio.*

Ulekéikse, *curro*; v. g. Síkem iulekéike. *Equus cucurrit velociter.*

33º US. Hæc vocula innuit actionem fieri proficiscendo; et quoniam profectio complectitur notionem exitus, hinc *Us* adhibetur etiam ad indicandam actionem productam extrahendo.

Usuyáuaza; v. g. Iná-usuyáuaza. *Me paro profectioni.*

Usétze, *proficiscens egredior.*

Useinékse, *proficiscens ingredior.*

Uspáiksa, *proficiscens venio.*

Uskéize, *proficiscens abeo.*

Usékupse, *extrahendo frango.*

Usekéikse, *surgo*; qui surgit, ex loco, ubi jacet, exit.

34º ÚTI. Hæc vocula significat actionem, quæ interponitur alteri actioni, cui quis incumbit præcipue.

Utitimnénekse, *affligor, dum aliquid aliud ago* quasi præcipuum; v. g. Iné-utitimnénekse. *Incidenter affligor.*

Ponamus, te incumbere lectioni vel scriptioni, subinde incidunt molestæ cogitationes, quæ te affligunt; hinc dices: Iné-utitimnénekse.

Utinéhneze, obiter affero; v. g. Utinéhnenúkum shamg. *Obiter mihi afferes vestem* (,nempe cum secus venies huc).

35º ZA, ZAPA. Hæ voculæ significant, facere ut fiat. Probe tamen notanda est distinctio inter has voculas et *Sepé* (de qua supra diximus.) *Sepé* adhibetur sensu morali, puta, præcepto vel consilio facio ut quid fiat. *Za* vel *Zapá* usurpantur sensu physico, puta, opere adjuvando ut quid fiat. Propter hanc distinctionem aliquando fit ut *Zapá* et *Sapá* simul componantur; sic dicitur:

Zapakáiksa, *mundo*, nempe facio mundum (opere meo physico. Sapázapakáiksa, *facio mundare* (,nempe alieno opere physico, et meo morali).

Zapanóktisa, *facio excellere, facio tenere primas.*

Zepézimúkse, *nigrefacio.*

Zauyáuaza, *præparo*; v. g. In kuniá azauyáuaza, kutésg. *Ego præparo illum profectioni.*

Zeuyúyekse. *facio cupere.*

36º ZU. Hæc vocula innuit actionem fieri introducendo, vel immittendo aliquid in aliquid aliud quasi perforando, vel obturando.

Zúzekse, *obturo*; v. g. In ezúzekse teesuékosne. *Obturo lagenam.*

Zúptese, *pungo*; v. g. Ine-zúpteye. *Me ipsum pupugi.*

Zupílikse, *perforo*; v. g. Ipním íne izupilikénie uéyug. *Punctione mihi perforavit crus.*

DE COMPONENTIBUS INSTAR *AFFIXI.*

1º—ÁTKSA (Vel potius TKSA, nam littera *a* videtur pertinere ad radicem verbi, cui instar desinentiæ appingitur.) Hæc vocula videtur æquivalere vocibus latinis *inter*, *simul*.
Kiátksa, *ago, eo simul*; ex kúse, *ago, eo.* Hoc compositum verbum significat actionem personæ, quæ aliis jam aliquid agentibus sese intermiscet, vel adjungit agendo idem.
Tanuátksa, *interloquor*; ex tenuése, *loquor.*
Hipátksa, *simul comedo*; ex hipíse, *comedo.*
Miziátksa, *inter audio, simul audio*; ex mizíse, *audio.*

2º—ÁTZA. Hæc vox est verbum et significat *exeo.* Si igitur per modum desinentiæ appingatur vocibus, innuitur actio perfecta per exitum
Uelétze, *defluens exeo.*
Usétze, *proficiscens exeo.*
Sueléze, *ejicio, extrudo.*
Tilétze, *orior*; dicitur de sole; v. g. Isemtúks uáko itilétte. *Sol jam ortus est.*

3º—ÉIKSE (Vel potius IKSE, nam *e* videtur pertinere ad radicem verbi.) Hæc vocula innuit actionem verbi fieri circumeundo, vel huc illuc discurrendo.
Kiéikse, *circumeo, iter ago*; ex kúse, *vado.*
Hipéikse, *eo huc illuc comedens.*
Miseméikse, *eo mentitum huc illuc.*

4º—EILÉKSE (Vel EINÉKSE.) Hæc vocula indicat actionem perfici per introitum.
Useinékse, *proficiscens ingredior.*
Sueilékse, *immitto, introduco, intrudo.*

Itileiléksenki, *occidit;* dicitur de sole; v. g. Iseintúks uáko itileiléksenkike. *Sol jam occidit.*

5.º—ILÉSEZE. Hæc vox est verbum significans, *sonum edo.* Si igitur per modum desinentiæ appingatur aliis vocibus, innuitur actio producta sonitu, strepitu.
Tuleléseze, *gradiens edo strepitum pedibus.*
Ileléseze, *ardens strepo*; v. g. *Ignis ardens strepit.*
Iueleléseze, *defluens strepo.*
Haháttialásaza, *ventus strepit.*

6º—IPÉZUISE, Hæc vox exprimit voluntatem, desiderium, dispositionem aliquid agendi.
Pinmíktipézuise, *dormire volo.*
Egnipézuise, *videre volo.*
Attipázuisa *volo exire.*
Iuékitipézuise, *videtur fore ut pluat.*

7º—KÁUZA. Hæc vocula indicat actionem fieri transeundo, prætereundo.
Agnakáuza, *video in transitu*, puta, per aliquem locum transiens; ex ekíze, *video.*
Atkáuza, *exiens transeo*, ex átza, *exeo.*
Inpkáuza, *in transitu accipio;* ex inpíse, *accipio.*
Tamtáinakáuza, *prætereo narrans*, ex tamtáiza, *narro.*

8º—KÍNISE. Hæc vocula est *kíne* et significat *hic.*
Iníukínise, *do huc.*
Lilóinokínise, *gaudeo hic.*
Uetgtimúkínise, *obmurmuro hic.*
Uapziáunokínisa, *occido, percuto.*
Inpúkínise, *accipio.*
Hæc compositio ut plurimum occurrit in tempore futuro.

9º—KÚPSE. Hæc vocula exprimit actionem rumpendi, et dicitur de ruptione lignorum et ossium. Voces autem, quibus

hæc desinentia appingitur, indicant modum, vel causam ruptionis. Occurrunt tamen voces, in quibus *Kúpse* indicat potius actionem destructionis vel consumptionis. Ceteroquin ruptionis notio sub generali respectu congruit cum destructionis vel consumptionis notione.

Tulekúpse, *tundendo pedibus rumpo.*

Usekúpse, *extrahendo rumpo.*

Ulekúpse; v. g. Háttianm peulekúpe teulikíne. *Ventus flans fregit arborem.*

Nikekúpse, *rumpo*; v. g. In enkekúpe hezúne, pipísne. *Fregi lignum, os.*

Tukúpse, *destruo*; v. g. Allánm petkúpe iníne. *Ignis destruxit domum.*—Iyánunim petkúpe temenikíne. *Frigus pessumdedit holera.*

Ueukúpse; dicitur de pecoribus pascentibus in agris.

10º—LAMKSA. Hæc vocula exprimit actionem faciendi emendate, quod mendose factum est. Attamen quandoque innuitur simpliciter repetitio actionis.

Hanílamksa, *reficio, reparo.*

Kólamksa, *reficio, reparo.*

Láulamksa, *reficio, reparo.*

Inplámksa; v. g. Ogóganm íne inplámksa. *Tussis me iterum apprehendit.*

11º—LUÁKSA. Hæc vocula innuit actionem frustra fieri.

Miógatúiluáksa, *frustra principor.*

Lilóiluáksa, *vane gaudeo.*

Imáiluáksa, *sine causa suspicor.*

Koluáksa, *frustra ago, vado.*

12º—LÚSE. Hæc vocula occurrit in iis actionibus, quæ fiunt in fluidis, ut aqua, aëre.

Tekelúse, *utor balneo.*

Tukelúse, *mergor insiliens in aquam.*

Tukepelúse, *protendens mergo manum in aquam.*
Zilúse, *ebullio (aliquid)*
Iyelúse; dicitur de rebus, quæ sunt in aqua; v. g. Lignum, navis cadaver.
Iné-kokulúse, *bibo ad flumen.*
Ikelúse; dicitur de fumo, qui instar nebulæ agitur, quin ascendat.

13º—NAKÁSA. Hæc vox est verbum Inakása, *finio, absolvo.* Cum unitur aliis verbis, significat absolutionem actionis per verbum, cui additur, expressæ. *Inakása, finio*; v. g. Koz kie apáinakáyu iníne. Mox absolvemus domum.
Ipnakása, *absolvo comestionem.*
Tanuánakása, *finio loqui.*

14º—NÉKSE. Hæc vox est verbum Nekíse, *existimo.* Si unitur nominibus et adjectivis, ex his formantur verba.
Tasnáksa, *existimo bonum*; ex taz, *bonum.*
Láutuanánaksa, *existimo amicum*; ex láutua, *amicus.*

15º—NEZE. Hæc vocula innuit actionem fieri cum motu deorsum versus.
Uíhneze, *vado, proficiscor, deambulo.*
Zuyeléneze, *claudo demittendo*, puta, capsulam vitratam, qua fenestra oppilatur.
Tekeléneze, *descendo*, puta, de monte.
Tuléneze, *dejicio*, puta, e loco superiori in terram.
Iueyéneze, *ningit. Nix* dicitur *Méke;* igitur vox *iueyéneze* exprimit potius modum quo nix decidit ab alto.
Inéhneze, *adduco.* Quasi diceres: Facio ut aliquid mea opera ponatur in motu.
Iziluéneze, *descendo*, puta, per scalas.

16º—NÍKISE. Hæc vocula innuit actionem fieri gradu intenso; ex particula intensiva *Nig*, quæ significat *valde.*
Izuéinikíse, *valde algeo;* ex izuéize, *laboro frigore.*

Zikáuníkisa, *valde timeo.*
Hipníkise, *nimis comedo.*
Hetéuiníkise, *intense amo.*

17º—PIKSE. Hæc vocula exprimit actionem ita fieri, ut eludatur alterius actio. Igitur hæc vocula constituit actionem verbi, cui appingitur, in genere causæ impedientis effectum ex alia actione sequuturum.

Attápiksa, *exeo impediens, puta,* alterius actionem.

Ponas, nos esse una simul in eodem conclavi; tu me tuis dictis molestas, quæ ego ferre nolens abeo, te solo relicto; sicque eludo effectum tuorum dictorum per actum exeundi. Hinc dicam: In attápika he.

Tinugnépikse, *impedio moriens,* puta alterius actionem.

Ponas, me ægrotare; tu proficisceris me visitaturus; interim morior, antequam me viseris. Hinc dices: He tinugnépikime. Probe notandum, vim voculæ *pikse* non esse in eo sitam ut indicetur anterioritas actionis; sed in eo esse sitam, ut significetur elusio alicujus actionis per actionem aliam.

18º—SASA. Hæc vocula innuit actionem fieri cum motu sursum versus.

Inakásasa, *elevo.*
Ipskalásasa, *gradiens ascendo.*
Tukapalásasa, *protendens manum elevo.*
Ipalásasa, *ascendo;* v. g. Ipézet ipalásasa. *Nebula ascendit.*

Hæc vocula *Sasa* opponitur voculæ *Neze,* quatenus illa innuit motum sursum versus, hæc autem deorsum versus.

19º—TALKSA. Hæc vox est verbum Talkíza, *cesso desisto,* et innuit actionem fieri, desistendo a motu aliquo.

Uatálksa; v. g. Inótalksa. *Quiesco.*
Mistálksa, *audiens consisto.*
Silímtálksa, *cohibeo oculos,* puta, ne huc illuc discurrant.

20º—TAMÁUZA. Hæc vocula innuit actionem fieri gradu intenso.——Quid interest inter Níkise et Tamáuza non satis patet.

Lilóitamáuza, *valde gaudeo.*

Hiptamáuza, *valde comedo.*

21º—TEKNÉMISE. Hæc vocula innuit actionem eo tempore fieri, cum, instante profectione vel morte, separatio personæ a persona imminet. Itaque hæc vocula indicat circumstantiam actionis, qua efficitur, ut actio non simpliciter et absolute, sed tantum relative dicenda sit postrema.

Hipteknémise, *postremo comedo.*

Ziekteknémise, *postremo loquor.*

Uenípteknémise, *postremo cano.*

22º—TÉUISE. Hæc vocula indicat: Redeo, venio a.

Hiptéuise, *venio a comestione.*

Talapózatáuisa, *redeo ab oratione.*

Tukeliktéuise, *redeo a venatu.*

23º—TEZE. Hæc vocula indicat: *Eo.*

Ektéze, *videre eo.*

Tinúktéze, *eo mori.*

Iníteze, *eo dare.*

Itéze, *eo dicere.*

24º—TÍMKSE. Hæc vocula innuit frangendi actionem, et dicitur de fractione panis, saxi, vitri. Voces autem, quibus hæc desinentia appingitur indicant modum, vel causam fractionis. Niketímkse, *frango distrahendo,* puta, panem. Temetímkse, *frango percutiendo super;* v. g. Temúlm petemetímke ipnégnesne. *Grando confregit vitra*

25º—TÍMSE. Hæc vocula innuit actionem fieri ore, vel sibilando. Etsi plerumque actiones hujusmodi fiant per voces articulatas; tamen vocula hæc exprimit sibilum et clamorem, qui editur sine articulatione.

Ziilitímse, *superbe loquor.*
Ikuitímse, *verum loquor.*
Uáuyuktámsa, *sibilo.*

26º—TOKSA. Hæc vocula indicat iterationem actionis.
Páitoksa, *iterum appareo*; *rursus venio.*
Piímtoksa, *iterum cresco.*
Inptóksa, *rursus accipio.*

27º—TUEZE. Hæc vocula indicat actionem comitandi.
Sepétueze, *misceo*, hoc est, facio ut res aliqua comitetur aliam atque aliam, quod nempe fit actione miscendi
Zeuyétuéze *associo*, id est, facio associare.
Uyétueze, *comitor*, sequor successive.

28º—TUÍKZE. Hæc vox est verbum, cujus significatus est *sequor, eo post.*
Hetgáutuikze, *condoleo*, id est, dolens sequor aliquem in ejus dolore.
Inpetuíkze, *sequens arripio*, id est, sequor ut arripiam.

29º—TUISE. Hæc vocula indicat inchoationem actionis.
Ektúise, *videre incipio.*
Uzétuise, *fieri incipio.*
Tiniktúise, *mori incipio.*

30º—ÚSE (Vel ÓSA juxta euphoniæ leges.) Hæc vocula indicat directionem vel intentionem actionis, sive pro, sive contra sit. Igitur hæc vocula innuit actionem fieri *versus*, *contra*, *in*, *ad*, *coram.*
Timípniúse, *cogito contra*, puta, aliquem, qui mihi injuriam fecit.
Nekúse, *cogitans statuo*, puta aliquid dare alicui.
Hitímlikúse, *flecto genua coram.*
Allikósa, *incendo ignem coram.*
Haháttianósa, *ventus flat versus.*
Ziegnúse, *loquor coram.*

Piímnúse; v. g. He epiimnúyu zepelígnikne. *Ad laborem cresces.*

31º—ZÍMISE. Hæc vocula significat *nonnisi, tantumodo.*
Hipzímise, *nonnisi comedo.*
Ekzímise, *nonnisi video.*
Zíekzímise, *nihil facio nisi loqui.*

PRACTICA COMPONENDORUM VERBORUM RATIO.

Prætermissis verbis instar prætixi compositis, quibus nempe præponuntur particulæ componentes, de iis tantum compositis agimus verbis, quorum fit compositio instar affixi, quibus nimirum componentes particulæ more desinentiarum appinguntur. Neque de omnibus, sed de quibusdam tantum dicemus, quorum notitia est apprime necessaria. Ostendemus scilicet practicam, qua procedendum est rationem, exemplis proinde utemur potius quam præceptis. En tibi componentes particulæ, de quibus loquimur, quibusque applicandi, quos statuemus, canones.

BREVIS COMPONENTIUM PARTICULARUM ELENCHUS.

1º
—Lamksa
—Luáksa
—Nakása
—Níkise
—Tamáuza
—Téuise
—Teknémise
—Toksa
—Teze
—Túise
—Zímise.

2º
—Éikse
—Éise
—Úse

3º
—Tksa
—Pikse

4º
—Káuza

5º
—Ipézuise.

Verba autem, quibuscum præeuntes particulæ sunt conflandæ, in duas potissimum dispescuntur classes; harum una complectitur verba, quorum desinentia est Se; classis altera complectitur verba, quorum desinentia est Ze.

Verba utriusque classis sequentem præ se ferunt litteralem texturam, quæ ad rem præsentem facit, nempe.

PRÆSENS.			PRÆTERITUM.	
Állik	— sa	*Hæc ratio distinguendi radices a desinentiis, etsi non omnino probanda, facit tamen ad nostrum propositum.*	Állik	— a
Nek	—íse		Nék	— e
Timípni	— se		Timípni	— e
Ikúitím	— se		Ikúitím	— e
Hip	—íse.		Híp	— e.
Tíme	— ze		Tíme	—ne
Zíek	— ze		Zíeg	—ne
Tinuk	—íze		Tinúg	—ne
Tút	— ze		Tút	—ne
Át	— za.		Át	— ta.

CONFLATIONIS CANONES.

Pro verbis in *Se* desinentibus sequentes sunt canones:

1º Ex componentium particularum elencho, quæ recensentur sub numero 1º 2º et 4º, appinguntur radici verbi.
Sed quoad *Káuza* (numero 4º) notandum est, quod si ultima radicis littera sit *k*, hæc mutatur in *g*, antequam addatur *Káuza*.

2º Quæ sunt sub numero 3º, appinguntur præterito verbi tempori.

3º Ei, quæ sub numero 5º est, præfigitur littera *t* et sic alterata appingitur verbi radici. Vel rectius loquendo, quæ sub numero 5º est, appingitur nomini verbali, quia radix verborum in *Se* desinentium per additam litteram *t* evadit nomen verbale.

Pro verbis in *Ze* desinentibus sequentes sunt canones:

1º Ex componentium particularum elencho, quæ recensentur sub numero 1º, appinguntur radici verbi.

2º Quæ sunt sub numero 3º, appinguntur præterito verbi tempori.

3º Quæ sunt sub numero 2º et 5º, appinguntur præterito verbi tempori, elisa prius finali hujus vocali.

4º Quæ est sub numero 4º appingitur præterito verbi tempori; attamen si ante *ne* desinentiam præteriti reperiatur simplex vocalis, antequam adjiciatur particula *káuza*, expungitur littera vocalis *e*, in quam desinit præteritum tempus.

Præter hos præeuntes canones sunt et aliæ regulæ non negligendæ in recta verborum compositione, puta, litterarum præsertim vocalium alteratio juxta leges euphoniæ, accentus translatio, et sic porro. Hæc omnia, sicut et plura minutiora usu melius et facilius quam præceptis addiscentur.

COMPOSITIONIS SPECIMEN.

Ex *Állik*—*sa* fit.	Ex *Zíek*—*ze* fit.
Allik - lámksa	Ziek - lámksa
Allik - luáksa	Ziek - luáksa
Allig - nakása	Zieg - nakása
Allig - níkisa	Zieg - níkise
Allik -tamáuza	Ziek -tamáuza
Allik - táuisa	Ziek - téuise
Allik -teknémise	Ziek -teknémise
Allik - tóksa	Zíek - toksa
Allík - teze	Zíek - teze
Allik - túise	Ziek - téuise
Allik - zímise	Ziek - zímise
Allik - áiksa	Ziegn - éikse
Allik - áisa	Ziegn - éise
Allik - ósa	Ziegn - úse
Alliká - tksa	Ziegná- tksa
Alliká - piksa	Ziegná- piksa
Allig - káuza	Ziegna- káuza
Allikt -ipázuisa.	Ziegn -ipézuise.

DE FORMATIONE VOCUM ET MODIFICATIONE.

Voces hujus linguæ possunt multimodis compingi et transformari; hinc est ingens et prodigiosa ejus divitiarum copia. Disserendum itaque est hoc loco de ratione et lege, qua voces per quarumdam particularum additionem modificantur et transformantur.

Ante omnia est notandum, et identidem præ oculis habendum in hoc modificationis et formationis artificio, litteras vocales sæpissime permutari in alias juxta leges euphoniæ. Hujusmodi leges determinantur per litteras vocales, quæ in vocis radice præeminent, ita quidem ut radix *a* postulet vocalem *á*, *o*; radix *e* postulet vocalem *e*, *u*; radix *o* postulet vocalem *a*, *o*; radix *u* postulet *e*, *u*.

1. *ÁI* est desinentia negationem exprimens, et verbis appingitur, ut forma negantis participii cudatur; v. g.

Sukeyéi	incognitus	Súke	cognovi
Saikíptayái	non medicatus	Saikíptaya	medicavi
Hipeyéi	impransus	Hípe	prandidi
Tinugnéi	non mortuus	Tinúgne	mortuus sum
Tilétteyéi	non ortus	Tilétte	ortus sum
Hipeyéipe	impransus	Hípe	prandidi
Tinugnéipe	non mortuus	Tinúgne	mortuus sum
Tiletteyéipe	non ortus.	Tilétte	ortus sum.

Quæ postremo loco cum adjecto *pe* posita sunt, exprimunt emphatice statum in quo aliquid accidit. Vide plura, ubi de formandis participiis agitur.

2. *UÁT* est desinentia, quæ verbis adjicitur, ut officii vel professionis nomina formentur; hæc proxime dirivantur ex

præterito indefinito, atque hinc evanescit difficultas, quam consonantes litteræ facessunt, quæ in verbi radice non reperiuntur; v. g.

Zepelígnikeuát	laborator	Zepelígnike	laboravi
Uekítikeuát	decisor, judex	Uekítike	decrevi
Uapáyatauát	auxiliator	Uapáyataya	adjuvi
Timmíuneuát	deliberator	Timmíune	deliberavi
Tukelígneuát	venator	Tukelígne	venatus sum
Tamtáinauát	narrator	Tamtáina	narravi
Tamáluiauát	legislator	Tamáluia	legem tuli
Uáualpauát	piscator.	Uáualipa	piscatus sum.

3. *Í* est desinentia, quæ additur verbis, (et aliquando etiam adverbiis,) ut modus, quo fit actio, significetur; voces ita formatæ habent vim adverbialem; v. g.

Uenpeí	canendo	Uenípe	cecini
Hitímililkeí	genu flexus	Hitímlike	genuflexi
Úselikeí	stans	Uselíke	steti, surrexi
Temélikeí	jacens	Temelíke	jacui
Zeptúktekeikeí	incedens manibus	Zeptúktekéike	incedo manibus
Kuí	per potionem	Kúye; iné-kúye	egi; bibi.
Hipeí	per esum	Hípe	comedi
Peguií	furtim	Péguie	furatus sum
Tamáluií	legitime	Tamáluia	tuli legem
Zíegneí	per verba	Ziégne	locutus sum
Sepnií	sciscitans	Sépnie	sciscitatus sum
Kunmeí	illum in modum.	Kunmé	illuc versus.

Quorum usus ut melius intelligatur, accipe sequentia:
"Kokuálg hiluskeí inéhnenes."
Vacca pellendo adducenda.
"Sepnií lauít mizítes; kunmeí."

Sciscitando clare intelligendum; tali modo.
"Keíg zíegnu, uétu iné-stekeí."
Perspicue loquar, non me occultando.
"Inéhulelígneí inéhnezig mamáyaz."
Fuga abducunt liberos.
"Itámiaí, Peguií, Tamáluií hanísa iuépne."
Pretio, Furtim. Lege duco uxorem.
"Zeptúktekeikeí páina."
Manibus pedibusque incedendo veni.

4. *Eu* est desinentia, quæ additur radicibus verborum ut efformentur adjectiva qualificativa; v. g.

Kizéyeu	pudibundus	Kizéize	pudeo
Tamtáyau	loquax	Tamtáiza	narro
Iláyau	piger	Iláiza	pigrito
Zukáyau	negligens	Zukáiza	negligo
Siáuau	formidolosus	Siáuza	formido
Ziilíeu	superbus	Ziilíze	superbio
Ketémeu	invidus	Ketémze	invideo
Titéueu	cæcutiens	Titéuise	cæcutio
Ikúitímeu	verax	Ikúitímse	dico verum
Miséme	mendax.	Misemíse	mentior.

Hæc postrema vox videtur ex usu tantummodo elidere vocalem finalem.

5. *In* est desintia, quæ conjungitur verbis, ut forma affirmantis participii cudatur; v. g.

Inpín	captus	Inípe	cepi
Hipín	pransus	Hípe	prandidi
Hetéuin	amatus	Hetéuye	amavi
Uelétpin	ligatus	Uelétpeye	ligavi
Zepinmín	derisus	Zepinmíe	dirisi
Tiléttin	ortus	Tilétte	ortus sum
Tamápaikin	patefactus.	Tamapáika	patefeci.

Vide plura, ubi de formandis participiis agitur.

6. *IN* est idem, quod supra, sed, si additur nominibus et pronominibus, exprimit societatem per modum qualitatis; atque hinc exurgunt adjectiva, quæ habent significatum latinorum adjectivorum in *osus* exeuntium; sic ex "Petis" *nodus* fit "Petisín" *nodosus*. Sint exempla:

Teuisín	cornutus	Téuis	cornu
Illutín	ventriosus	Illút	venter
Zillaktín	cum corpore	Zillákt	corpus
Saaín	scabiosus	Sáai	scabies
Pileín	pediculosus	Pílei	pediculus
Iuépnin	uxoratus	Iuépne	uxor
Hámin	cum viro	Háma	vir
Pisueín	saxosus	Písue	saxum
Pátanin	dumosus	Pátan	dumetum
Timnéín	cordatus	Timíne	cor
Ipnín	cum ipso.	Ipí	ipse.

7. *ÍNEG* est desinetia, quæ additur nominibus, ut indicetur societas, ita tamen ut res consociatæ existant, vel existere concipiantur seorsim sumptæ; v. g.

Hézuíneg	cum ligno	Hézu	lignum
Ualzínag	cum cultro	Uálz	culter
Ípsusíneg	cum manu	Ípsus	manus
Házualínag	cum puero	Házual	puer
Akamkínikuínag	cum Deo	Akamkíniku	Deus
Titókaínag	cum hominibus	Titókan	homo
Zillaktínag	cum corpore	Zillákt	corpus
Pistíneg	cum patre	Pist	pater
Pikeíneg	cum matre.	Píke	mater.

8. *ÍPEZ* est desinentia, quæ significat desiderium, voluntatem dispositionem agendi aliquid. Per hanc desinentiam formantur nomina, quæ sæpe indicant contemptum vel frequen-

tiam; Sic v. g.

Kutípez	qui agit sæpe	Kut	actio
Ueuluktípez	cupidus	Uéulukt	cupiditas
Inútusktípez	dilaudator mei	Inutúskt	dilaudatio mei
Taláuignípez	incredulus	Talauíkin	incredulitas
Pinmiktípez	qui dormit sæpe	Pinmíkt	dormitio
Tugetípez	qui fumigat sæpe	Túget	fumigatio
Hatuaípaz	mulieribus addictus.	Hayat	mulier.

Ratio autem, quare in quibusdam hujus formationis nominibus invenitur *t* vel *n* ante *ípez*, derivanda est ex desinentia verbi, unde talia nomina educuntur; nam desinentia *ze* postulat *n*, et desinentia *se* postulat *t*.
Intrinseca autem ratio hujus diversitatis est evidens ex iis quæ dicta sunt, ubi de nomine verbali agitur.

9. *KAL*, *Kákal* *Kakán* sunt desinentiæ exprimentes filiationem, et adduntur nominibus et adjectivis; v. g.

Akamkínikúkal	Dei filius	Akamkíniku	Excelsus
Miógatókal	principis filius	Miógat	princeps
Peléipeléikal	insipientis filius	Peléipeléi	insipiens
Uepzúgkal	sapientis filius	Uepzúg	sapiens
Uepzúgkákal	sapientis filius	,,	,,
Uepzúgkakán	sapientis filius.	,,	,,

10. *LÉIKIN* est desinentia, quæ unitur nominibus, ut vicinitas significetur; v. g.

Iuétemléikin	prope lacum	Iuétem	lacus
Iníléikin	prope domum	Inít	domus
Pikúnléikin	prope flumen	Píkun	flumen
Iskíléikin	prope viam	Ískit	via
Tinúkléikin	moribundus.	Tinúkin	moritio.

Quoad expunctionem litterarum antequam voces assumant

desinentiam *Léikin*, consulantur, quæ dicta sunt, ubi de nominibus agitur, præsertim "Affixarum particularum regulæ."

11. *NAKÁT* est vox, qua innuitur actionis expletio vel desitio, et unitur verborum radicibus tantummodo; v. g.

Hipnákát	expletio comestionis	Hipíse	comedo
Talapózanákát	expletio orationis	Talapózaza	oro
Tanuánákát	expletio locutionis.	Tenuése	loquor.

Usus hujus vocis est admodum frequens, et incipientibus in studio linguæ apprime necessarius; per hanc enim vocem habetur modus quidam exprimendi vocem latinam *post*, si nempe *nakát* componatur cum affixo *pa*, unde fit *nakátpa;* quod si hoc totum appingatur verborum radicibus, fiet; v. g.

Hipnákátpa	post comestionem	Hipnákása	finio comedere
Talapózanákátpa	post orationem	Talapózanakása	finio orare
Tanuánakátpa	post locutionem.	Tanuánakása	finio loqui.

Hæc vox *Nakát* derivatur ex verbo *Inakása* (*expleo, finio, absolvo*). Quomodo autem hoc verbum compingatur cum aliis verbis, patet ex iis, quæ dicuntur, ubi de verbis componendis agitur.

12. *ÉSG* est desinentia composita ex *es* et *g*, quæ nominibus verbalibus adjicitur, ut significetur actionis anterioritas respectu alterius actionis; per hanc desinentiam habetur aliquis modus exprimendi vocem latinam *ante*; v. g.

Ulelignésg	ad fugiendum	Ulelíkze	fugio
Pinmiktésg	ad dormiendum	Pinmíkse	obdormio
Tenuetésg	ad loquendum	Tenuése	loquor.

Si intrinseca ratio hujus loquendi formæ investigatur, dicendum, quod *Ulelígnés* est participiale cum additione affixi *g* significantis *ad* latinum. Igitur *Uletignés* significat *ad fugiendum*. Dicito idem de *Tenuetésg*. Quoad *Pinmiktésg*, et cetera ejusdem formæ, dicendum, quod Pinmíktés est obsoleta for-

ma participialis, vel forma participialis usitata tantummodo cum additione affixi *g*; nam forma participialis propria et usitata est *Pinmíkes*, ut patet ex verbi prospectu juxta varias characteristicas.

13. *NÉUIT* vel *ÉUIT* est desinentia, quæ appingitur omnis generis vocibus, ut cudantur nomina abstracta; v. g.

Hamanáuit	virilitas	Hama	vir
Keíunnéuit	senilitas	Keíun	senex
Hazualáuit	pueritia	Házual	puer
Hayatunáuit	muliebritas	Háyat	mulier
Hatuainnáuit	anilitas	Hátuai	anus
Pitinnéuit	puellaritas	Pitín	puella
Titókannáuit	humanitas	Titókan	homo
Zikámkaláuit	canilitas	Zikámkal	canis
Ziziuáisnáuit	admirabilitas	Ziziuáis	admirabilis
Amkakáisnáuit	mansuetudo.	Amkakáiz	mansuetus.

Voces desinentes in *l* sibi adjiciunt *éuit*, áuit.

14. *UIT* est desinentia, quæ appingitur vocibus, (saltem immediate non derivatis ex verbis) ut formentur nomina concreta; v. g.

Hámauit	virilis mos	Háma	vir
Háyatuit	muliebris mos	Háyat	mulier
Titókauit	humanus mos	Titókan	homo
Ziziuáisuit	factum admirabile	Ziziuáis	admirabilis
Amkakáizuit	mitis mos.	Amkakáiz	mitis.

Nomina autem concreta, quæ ex verbis immediate educuntur, multiplicem habent desinentiam, ut patet ex iis, quæ dicta sunt, ubi de nomine verbali agitur, quæque consulere poteris, si pleniorem notitiam cupis habere.

15. *NÍG* est desinentia, quæ adjicitur omnibus vocibus, ut intensitas exprimatur. Hæc vocula bene vertitur in latinam

linguam per voculas *valde, admodum,* —issimus; v. g.

Tasníg	valde bonus	Taz	bonus
Hamanníg	reapse vir	Háma	vir
Ipinníg	ipsissimus.	Ipí	ipse.

16. *NUÉS* est desinentia, quæ unitur verborum radicibus, ut significetur locus, in quo actio fit. Hinc frustra quæres vocem seorsim sumptam, ut exprimas locum. Sic dicitur; v. g.

Hipinués	comedendi locus	Hipíse	comedo
Talapózanuás	orationis locus	Talapózaza	oro
Pítenuénués	collocutionis locus	Pitenuése	colloquor
Itémenués	legendi locus	Itəmeze	lego
Tinúkinués	mortis locus	Tinukíze	morior
Piámkinuás	conventus.	Piámkiza	congregantur.

17. *NÚT* est desinentia, quæ addita nominibus exprimit exemptionem, privationem, et in latinam linguam potest verti *sine, expers*; v. g.

Hámanút	sine viro	Háma	vir
Iuépnenút	sine uxore	Iuépne	uxor
Mekenút	sine nive	Méke	nix
Zilláknút	sine corpore	Zillákt	corpus
Nusnunút	sine naso	Núsnu	nasus
Silunút	sine oculo	Sílu	oculus
Maziunút	sine auribus	Mazáyu	auris
Timnenút	sine corde	Timíne	cor
Hezunút	sine ligno	Hézu	lignum
Peuísnút.	sine lingua.	Péuis.	lingua.

Quoad leges elisionis litterarum finalium, antequam nominibus adjiciatur *nút*, vide quæ huc faciunt, ubi agitur de inflectendis nominibus.

18. *TÍTE* est desinentia, quæ addita omnibus vocibus, præter verba, indicat identitatem; v. g.

Hamatíte	idem vir	Háma	vir
Intíte	idem ego	In	ego
Kuneitíte	ibidem	Kuné	ibi
Kinkitíte	cum hoc eodem	Ki	hic
Uétespeitíte	in ipsa terra.	Uétes	terra.

19. *PEME* et *ME* sunt desinentiæ, quæ affiguntur vocibus, præter verba, ut innuatur origo rei alicujus, vel ad quid res pertineat; v. g.

Zikétpeme	nocturnus	Zikétin	nox
Álagpáma	diurnus	Alágp	plena dies
Iuetémpeme	maritimus	Iuétem	mare
Titilúpeme	ex senioribus	Titílu	seniores
Uítpeme	initialis	Uít	initium
Usúspeme	ex capite	Úsus	caput
Ezízpeme	nuperus	Ezíz	nuperus
Ínimpeme	ex me	In	ego
Uakeíme	vetustus	Uáko	jam
Kunéme	ex illo loco.	Kuné	illic.

20. *PE* est vocula, quæ præfixa omnibus vocibus, præter verba, innuit distributivum vocis sensum; v. g.

Pennéke	dimidiatim	Néke	dimidium
Pammílaz	paulatim	Mílaz	paucus
Pattatós	particulatim	Tatós	pars
Pattitókan	singuli homines.	Titókan	homo.

21. *PI* est vocula, quæ præfixa vocibus innuit earumdem sensum reciprocum; v. g.

Pilláutua	amici mutui	Láutua	amicus
Pittuélke	hostes mutui	Tuélke	inimicus
Pihetéuit	amor mutuus	Hetéuit	amor
Piékin	aspectus mutuus	Ékin	aspectus
Pitamtáin	narratio mutua.	Tamtáin	narratio.

22. *SÍMEI* est vox, quæ appingitur verborum radicibus, ut formentur adjectiva privationem vel immunitatem exprimentia. In latinam linguam potest verti *immunis*, expers; v. g.

Timípnisímei	expers cogitationis	Timípnise	cogito
Tinúkzímei	immortalis	Tinukíze	morior
Komáizímai	expers ægritudinis	Komáiza	ægroto
Kizéizímei	impudens	Kizéize	pudeo
Ziekzímei	mutus	Ziékze	loquor
Likúpzímei	expers motus.	Likúpze	moveor.

23. *TÁNIN* vel *TAMÁUNIN* est vox, quæ adjecta adjectivis, et aliquando nominibus, indicat intensitatem; latine potest dici, *valde*, *admodum*, *magnus;* v. g.

Tastánin	valde bonus	Taz	bonus
Kapsístánin	valde malus	Kapsís	malus
Lehéitánin	diutissime	Lehéi	diu
Uapzúgtánin	sapientissimus	Uepzúg	sapiens
Titólatamáunin	valde obliviosus	Titólasa	obliviscor
Tímestamáun	ingens liber.	Tímes	liber.

Quandoque hæc vox occurrit in forma posita postremo loco, et in hoc casu est nomen.

24. *TIMT* est desinentia, quæ unita nominibus gentes exprimentibus innuit linguam; additur etiam aliquibus aliis vocibus; v. g.

Titókatímt	lingua indica	Titókan	homo, Indus
Alláimatímt	lingua gallica	Alláima	degens ad litus
Ikúitímt	dictum verum	Ikúin	verum
Uéugaléuitímt	jocosum dictum	Ueugaléuise	jocor verbis
Uéukiutímt	turpiloquium	Ueukiutímse	loquor obscene
Mimíllutímt	stultiloquium	Mimíllu	stultus
Uepzúgtímt	sapiens eloquium	Uepzúg	sapiens
Numíputímt	lingua numipa.	Numípu	Indus Nez-perce.

25. *TUE* est desinentia quæ additur nominibus et adjectivis et innuit societatem inter æquales secundum aliquid; v. g.

Tégetue	con-juvenis	Téget	juvenis, celebs
Titókatua	co-homo	Titókan	homo
Hámatua	con-vir	Háma	vir
Háyatua	con-mulier	Háyat	mulier
Timáitua	con-virgo	Timái	virgo
Házualua	con-puer	Házual	puer
Peléitue	exitii socius	Peléin	exitium
Im-yétue	tuus comes.	Uyétuéze	comitor.

26. *UÉKOS* est desinentia, quæ affixa nominibus indicat similitudinem; v. g.

Teesuékos	glaciei similis	vitrum, lagena vitrea
Seeiuékos	vermibus similis	oriza
Alagpáuituákos	similis dominico diei	Alagpáuit dies dominicus
Katámnouákos	sicut katámnu	cicer, pisum
Zatókzuákos	sicut zátokz.	milium indicum.

Hinc videre licet, Indos uti hac vocula, ut forment nomina rerum, quas nunquam viderunt. Nihilominus, quin hac vocula utantur, Indi vocant res sibi nunquam visas per nomina exprimentia causam vel effectum rerum.

27. *IS*, *IZ*, *S*, *Z*. Voces, quæ habent ejusmodi desinentias, sunt adjectiva causam exprimentia. Nihilominus, non est putandum, quod omnes voces ita desinentes sint adjectiva; nam occurrunt multa nomina substantiva ita desinentia.

Iyéuiz	miserabilis	Iyéuze	misereor
Izuéiz	causans frigoris [sensationem	Izuéize	laboro frigore
Iyáuiz	causans frigus	Iyáuza	friget
Komáiz	causans dolorem	Komáiza	ægroto
Kaáus	producens lucem	Kaáuza	illucesco

Kizéiz	causans pudorem	Kizéize	pudeo
Lilóiz	causans gaudium	Lilóize	gaudeo
Zikáuis	terribilis	Zikáuza	timeo
Ziziuáis	mirabilis	Ziziuáiza	admiror
Zikétis	producens tenebras	Zikétze	noctesco
Ziuátis	abominabilis	Zíuetze	abominor
Lammátiz	causans fastidium	Lamámtza	fastidio
Aikátiz	causans clarorem	Aikátza	claresco
Sisekpítiz	horribilis	Sisekpítze	horresco
Hétgauníz	faciens pati	Hetgáuza	patior
Titminíz	causans spem	Titmíneze	spero
Yaluíz	causans desperationem	Yaluáza	despero
Ilatuítiz	defatigans	Ilátuisa	defatigor
Atúkez	difficilis	Atukíza	experior difficile
Éiz	lætificans	Éisze	lætor
Éleuiz	facilis	Eléuisze	experior facile
Zinínis	ponderosus	"	"
Amóliz	alliciens ad sibi [blandiendum	Amólza	blandior
Alálpis	causans ruborem.	Alálpza	erubesco.

FINIS.

DE SMET INDIAN BOYS' PRESS.

icile

le